¶ Hæc aūt fiscalia cōcedi neq̄unt, nisi ꝓprio motu, vl' cū clausula nō obstāte, nō aūt facta ad postulationē vt est tex. no. in .l. i. & ij. C. de pe. bo. subla. l°. x°. vt tex. & glo. Et secūda Iussio obtinet, vim cōmissionis ꝑmo motū ꝑncipis, fm bal. vt refert dñs meus. in .l. nec dānosa .C. de præci. imp. of. Et bar. voluit in .l. i. ibi expsse, ꝙ res ad fiscū ꝑtinētes, nec imperrari possunt, nec valet facta cōcessio siue sint incorporata, siue nō. Immo punitur Impetrās etiā notarij, & oēs, q huic cōcessioni opam, & opē prębuerint. In dubio nō intelligitur facta cōcessio ꝓprio motu, nisi exꝑmatur, vt ꝓbatur in. c. ꝓprio motu. extr. de præben. l°. vi°. et hic tenet. bar. iij°. q. Et ideo debet a iudice repelli. l. rescripta, & infra no. bal. C. de ꝑci. imp. of. & .l. fi. etiā per bal. C. si contra ius veluti publica. Talia enim rescripta ad postulationē partis cōcessa, ꝙ in dubio ꝑsumitur, viderent subretitia, & ꝑ Importunitatē obtenta vt ꝓbatur. in .d. l. p°. & ibi per bar. & nōt. in. l. iij. in ꝑnc. ff. de muri. similiter & cum ipsoꝝ bonoꝝ sit denegata petio ipsoꝝ rescriptuū. Impetratū intelligitur, & ꝑsumitur subretitiū, vt ꝓbatur ēt in .l. i. & ij. si nupt. ex rescrip. pe. & .l. iubemus nullā, de sac. sanc. Ea enim q̄ per imbrobitatē obtinentur dicūtur fieri inuito cōcessore, nō enim videtur cōsentire, q ꝑ Importunitatē cōsentit. tex. & glo. no. in .c. audacter .viij. q. i. De hoc ꝓprio motu principis vide aliq̄d ꝑ bal. in .l. fi. C. sen. res. nō posse.

¶ In nō fiscalibus valet concessio, ēt nō proprio motu. facta, vt in pheudalibus iurisditionib⁹, officijs, ꝑbendis .l. i. & .ij. .C. de omni agro. de se. l°. x°. Et in .c. i. de his, qui pheu. dare possunt, & in toto titu. de ꝑben. & est ratio secundum bal. quia ista dari consueuerunt cū vacant.

¶ Item ꝑncipem decet, q nouū regnū, siue regimen adeptus est, vitā ꝑmo instituere. Ac sibi principatū similē reddere postea subiectis suis morib⁹ adaptare. Nā neq; cadentis est erigere, neq; ignorantis docere, neq; dominari q̄dem recte potest, cui nihil dominat. Quis igitur principi dominatur? Lex, quæ omnium mortaliū, & eoꝝ, quę morte carent, regina est, vt dicit. pindarus. Nō q̄ in libris, aut lignis q̄busdā fortasse inscribitur. Sed ratio, q̄ sibi in animo existit, quę cohabitat semꝑ secū quæ eū seruat, ac nunq̄ eius animum duce ꝑuatū relinq̄t. Horū enī tantoꝝ numerū, & bonoꝝ q̄ dij humano generi dono dedūt, neq; fruct⁹ nec vsus est, vilus sine lege, & iustitia ꝑncipis. Iustitia legis perfectio est, lex principis opus. Princeps quoq; simulachrū dei, q cuncta decorat, ipse sese deo similē virtute cōstituit, & imaginē suauissimā, etiā deo acceptissimā accepit. Nā vt solem in cœlis pulcherrimū sui simulachrū, & lunā deus firmauit. Sic in ciuitatibus imitatio q̄dam illius, & splendor est ꝑnceps. Qui quasi deo similis iustitię augumentū: hoc est, pro cōsilio dei mētem habet nō sceptrū, nō fulgur, nō tridentē, vt fingūt se se aliq̄, & subscribūt. Egre enim fert deus illos qui corruscatiōes, & fulgura, et radios imitari volunt. Eos vero, ꝙ eius bonitatē amant, q se illi virtute, ac pietate similes fieri conantur. alacer deus erigit, & cū illis partitur prudentiā, iustitiā. virtutē, & amorē erga patriā, & suos. Quibus nec ignis ē magis diuinus, nec lux, nec solis cursus, nec astroꝝ ortus, nec occasus, nec, ęternū aliq̄d. aut immortale. Nō enim longitudine vite deus beatus est, sed virtute dominādi. Hęc ꝑ se. q̄dem perspicua sunt, & illustria, sed et habēt auctorē plutarchū humanaꝝ rerū peritissimū in libellulo suo vbi, hæc, & plura alia sunt. Et paulus iuris cōsultus scriptū relinq̄t. Dicit enim impatorē, & tāte maiestatis, eas seruare leges, q̄bus ipse solutus esse videtur in .l. impfecto de leg. iij°. Idem plutarchus refert in apochthematibus suis trāsmissis ad traianum impatorem circumdixisse. Q̄d neminē dicēt imperare q subditis nō eēt melior.

¶ Dicit Ang. in ꝑnc. suę lect. sup autēticaꝝ li°. in Rubri. p°. in glo. ibi sed tāq̄ deus dicit. Ex hoc sumit, ꝙ cū ꝑnceps in tēporalibus sit vicarius christi, ꝙ q̄cquid ꝑ ipsū factū sit plenā habet roboris firmitatē, sicut per ipsum deū. Ex hoc facit ꝙ dōatio facta ꝑ cōstantinum ecclię teneat, sicut enī de⁹ potuisset donaē, ita & ꝑnceps, q tāq̄ de⁹ facit, de hoc i ꝓhemio. ff° ij. dicatis vt ibi.

¶ Itē sumitur etiā ex hoc, quod q̄cquid fit ꝑ vicarium ꝑncipis, vl' episcopi, attribuitur ipsi ꝑncipi, vl' episcopo .C. de ap. l. ꝑcipimus, & .l. vicarijs. Et ꝑ hoc extr. de offi. vic. c. i. sup glo. in ver. rationabili saluaē ang. facit optime tex. in . l . i . § . omnia enim merito. C. deue. iure. em. g.

¶ Itē ꝑnceps habet dominiū generale in rebus, & in-

rib⁹ omniū subiectorꝫ, vt in cōsti. ab officialib⁹ in ꝑnc. in titu. vt fideles nři inde. nō vexe. Q ꝺ qualiter intelligat dicit ibi ꝑ glo. vide tex. et q̄ ibi notant in cōsti. si dubitatio i titu. ꝺ ꝓbac. ꝑ instrumēta. l°. iiij°. cōstit.
¶ Augustinus dicit de ciuitate dei .l°. v°. c. xxiiij. Neq enim nos christiāos quosdā impatores ideo felices dicimus, qa vel diutius imparunt, vel imperantes filios morte placidi reliquerūt, vl' hostes reipublicę domuerūt, vel inimicos ciues aduersus se in surgentes, opprimerūt. Sed si iuste imperarunt, & suam potestatem ad dei cultum maxime dilatandū facilūt, & deū timēt. Item si cui immunitas ꝑ ꝑncipem est concessa ab omnibus ꝑsonalibus, & realibus, nō videtur ab alijs omnibus liberatus, qui potest leuiter, & breuiter expediri. Casus est vnicus in. l. decurio for. in Rubri. C. de decu. l°. x°. secundū doc. lodo. in suis no. Immunitas tū ꝑsonę cōcessa nō transmittitur ad heredes, secus si generi, vel posteris, & tunc ad filios, ex masculis. tex. no. in. l. i. §. i. ff. de iure. immu.
¶ An aūt ꝑnceps possit reuocare pheudū, vl' ꝑuilegiū concessum, quo modo, & qn̄, vide bal. vbi tradit de materia pheudi multa notanda in .l. q se patris .C. vñ lib. circa .x. col. ver. & scias ꝙ licet & cet. Ego plene scripsi supra circa consil. xv.
¶ Sed qd si ꝑnceps refert se ad aliā suā cōcessionē, quę nō appareat, an ista relatiua illius fidem faciant? Videretur ꝙ nō. ar. autēti. si qs in aliquo doc. C. de edē. Contrarium determinatur ꝑ glo. & doct. in .l. admonendi. ff. de iure iura. Non obstat dicta auten. si qs in aliquo, qa fabricator instrumēti de quo loqur autētica nō habet potestatē aliquē obligādi nisi quatenus consensus interueniat contrahentiū, vt in principe, seu in exēpto q habet potestatē cōcedēdi, legē cōdēdi, qa q̄si saltē de nouo cōcedat, & dispōat, ex q° de aliq° alio nō apparet, vt in simili not. in .l. lucius .§. qsqs de leg. ij°. & .C. de fal. cā. ad ie. l. i. & .C. de dona. l. si donatio, vbi glo. & hic suse originalis iaco. de are. in .d. l. si donationē. Et idē voluit apostolicus in cleme. i. de ꝓba, & infra in glo. lo. an. & loqtur ibi in litteris papalibus narratiuis, qbus dixit dandā esse plenariā fidē Vide ad hoc not. ꝑ bar. in .l. cōficiſitur .§. codicilli. in ij°. q. ff. de iure co. & ibi notaui ad bar. Adde not. ꝑ bal. & dñum meū in .l. i. C. de episco. & cleri. & per Cy. in .l. sed. C. de con. & cō. stip. & ꝑ bar. ēt in. d. l. admonendi, & .d. meū ibi, & ꝑ bar. in .l. eū, qui. §. iulianus. ff. de con. pec. ¶ Et ꝑ hoc ēt Respōdetur. ad. l. sancimus .C. de diuer. rescrip. Quia tā hoc, q̄ illud potest dici autēticū, & originale, qa ab equa, & eadē potestate vtrunq dependet. Nō aūt dicitur ex hoc licet id, ad quod refertur nō appareat. Sed obstaret illa lex ex alio capite, fm illā lecturā ꝙ originalia, nō extra sunt ad fidē facienda ꝑducenda. Non enim facio dubium qn illa littera regia relatiua disponat, licet de alio actu mētionetur. sed qa nō illa, sed eius exemplū ꝑducetur, vt habui in facto consulere in consil. xx. iij. Quo casu illi ex hoc fides nō daret ꝑ .d. l. sancimus.
¶ Itē obstaret secūdo qa illa debet habere ꝑncipis subscriptionē, vt expsse dicitur ibi. & in. l. sacri affatus eo titu. Et inde est ꝙ dicit glo. in .l. ꝓbatorias .C. de diuer. offi. l°. xij°. quod qn̄ vel vbi exigitur subscriptio principis, rescripta principis non possunt exemplari vt probent, vt fidem faciant, cum in exemplis non cōtinuatur subscriptio. Et qa debet esse, & apparere in rescriptu dat. cācellarij, q̄ est solita, & necessaria in huiusmodi cōcessionibus regis. Et sic nō debet a forma recedi, si id cōsueuit ꝑnceps facer. Aliter secus, fm ea, quę plene tradit andre. de iser. q ad hęc allegat multa iura in. c. qm̄ inter in titu. de proh. pheu. alie. ꝑ loth. Vbi etiā dicit debere cōstare vere esse sigillata sigillo ꝑncipis. Et subdit ꝙ vnū de substāntialib⁹ ommissum viciat, quia de talibus substātialibus non fit mutatio, vel preteritio .C. de testa. l. vnus, & de integ. resti. l. diuus. cetera dic vt ibi per eum.
¶ Itē ad ꝑncipē ptinet declarat dubia bñficij, & qͤ sunt tex. ē in. l. veranus ad si. ff. ꝺ re. iur. Et glo. not. in. l. si qs intētione. ff. de iud. Et dixi in reptorio in ver. ꝑuilegio.
¶ Glo. no. ꝙ benignitas praefertur rigori. in. l. barbarius. in ver. humanius, sed potius ibi nominare possemus id, ꝙ humanius est dicere.
¶ Mirabilis tex. ꝙ liber sit honoratis viris adit⁹ ad ꝑncipē in. l. fi. C. de off. diuer. iudi. Et reperi ibi glo. interlienalē, q̄ expōit ꝑ doctorib⁹, vl' forte sunt nobiles viri
¶ Itē ange. in. l. ij. C. de quad. ꝑscrip. in princ. dicit esse casum ibi cōtra illos, q dicūt ꝙ impator nō potest rē meā ꝑ ꝑuilegiū alteri cōcedere, & auferre mihi dominiū, & intelligitur etiā sine cā, & ita cōcludit dñ tñ habeat clausulam derogatoriam nō obstāte .l. Bal. aliqd dicit in .l. fi. C. sen. resin. non. pot. & ibi an princeps possit tollere rem meam sine causa.
¶ Idē bal. quaerit in .l. p°. versus .fi. in ver. mō facio quēdā volaiū. Verū iusto coram cęsare Rex Robertus amiserit pheuda, q̄ ab impatore tenebat, cū fuerit dānatus ꝑ imperatorem de crimine lęsę maiestatis. Ita ꝙ nullas ciuitates, & terras, quas dictus rex rubertus tenebat in pheu. ab impatore possit rex romanorꝫ modern⁹ alteri cōferre supposito, ꝙ dicta pheuda eēnt cōcessa regię dignitati. Et ista ē materia. c. pastoralis ꝺ re iud. in clemē. quā multū subtiliter, & elegāter ꝑsequtur suo intellectu ꝑfundissimo, ibi vide. Et dicit ibi ꝙ vbi impator ibi ois iurisditio. C. ꝺ test. l. omniū Totū enim claudit sub pectore suo. l. depcatio. ff. ad leg. rhod. d iact.
¶ Itē ꝙ nō sic orbē papę impator donauit, qn ibi possit exercere voluntariā iurisditionē in oēs, & ēt cōtentiosam in hostem suum. Et ꝙ maiestas est ipse imperator .l. quisqs .C. ad .l. iuliam maie.
¶ Itē licet nō haberet aliquā iurisditionē in vrbe, tñ ibi retinet honorē impialē, qa ibi coronatur. Vñ q facit cōtra coronā geminū facinus cōmittit, vnū cōtra coronantē, aliud cōtra coronatū. Quinimmo cōtra senatū vrbis, & cōtra rēpu. totā romāorꝫ vt. ff. ꝺ ca. l. hostes
¶ Itē in supioribus satis dictū est de clementia, māsuetudine, & humanitate ꝑncipis. Nō memini ꝺ eius indignatione aliquid tetigisse, quia nec indignari debet. quia hoc est contrariū clemētię, & mansuetudini suę. Sed aliqn̄ videmus ipsum apponere in fine, in litteris ipsam suā indignationē. Quā ob rem quaero qd importet, & habes bar. in extraua. qm̄ nup ad fi. in ver. indignationē nostrā, vbi bar. glosat, istius modi verbi nullū effectū reperiat, nisi ꝙ verum, & quatenus verbū sonat, quia indignat⁹ nō ꝑbebit se gratiosum, & in hoc residet. Ego reperi glo. quę aliter exponit, in corp. in aūt. de man. prin. in .§. Sed neq coll. iij. Nam indi-

gnatio est, quia seuerius princeps vindicabit, quo ca-
su habes tex. sing. q sententiae huius executio debet
xxx. diebus retardari xi.q.3.c. cū apud thessalonicam
et ibi bona glo. qbus casibus retardet mors dānati. Et
allegat tex. insti. de his, q sunt sui, vel ali. iur. insi. Ali-
bi etiā de indignatione sua dicit, in auten. ne lux con-
tra na. in fi. Et inueni ange. in sua repetitione in .l. si
vacantia .C. de bo. va. l°. x°. sup illis verbis nō euitāt
indignationē dicentē extra ordinē puniri ex quo poe-
na certa statuta non est .ff. de pen. l. hodie. Et dicitur
extra. ordinē idest arbitrio iudicis .l.i.§. poena aūt, &
ibi glo. ff. de li. agno. Et dixi plene in reptorio in ver.
iudex. Alibi dicit tex. indignationē dñi nō euitabit, in
titu. que sit. p°. ca. be. a. §. sed qui delator dñi &cet. licet
ibi non exponatur. Alibi dicitur cōperens indignatio
iudicis in .l. fi. §. i. C. de ap. secus tñ forsan videretur si
dixisset irā nostrā, vt vtimur tex. in const. regni. in ti-
tu. de animalibus in pascuis aff. §. huiusmodi an. cir-
ca fi. in. li. pp id. quod dicitur, ira regis nuntius mor-
tis. Cesar aūt in illa sua oratiōe quā fecit in senatu sup
condēnatione cōiugatorū, quę incipit oēs hōies, inqt
pdictos magno impio nec stridere, nec odisse, sed mi-
nime irasci decet, q iracūdia dicitur apud alios, ea im-
perio, idest, in imperāte supbia, atq crudelitas appel-
latur, & est teterrimū, & detestandissimū vitiū in oib°
hōib° pcertim in pncipe, qa nō habet interris terrorē.
¶ Transgressor aūt regū mandati, qualiter puniatur
plene prosequitur glosator consti. regni in prohemio
in ver. mortalitate prescripsit. Et memini sup°. in titu.
de principe in ver. item de contentore.
¶ De actib° & gestis ab irato. an sint punibilia, seu va
lida vide cōmentū .d. lodo. in .l. qcqd. ff. de re. iur. qd
posui in vnj°. titu. de qbusdam errantibus. not. In ver.
dicit idem lodo. Volo commentare circa fi. illius titu.

Consilium Decimum Nonum

IN quodam priuilegio; quōdam co-
mitis henrinci rubei, & vt puto castri, &
terrę militelli, erant verba sequentia super
qbus habui nobili guilielmo russo cōsu-
lere vz. Proximiores dicti comitis, q a stir
pe legitima quōdā dñi henrinci rubei pauli dicti comi
tis descendāt, succedere possint, & valeāt in dicta terra,
& castro militelli in defectu heredū legitime descēdens
tiū ab eodē comite. ¶ Et hic cōsidero, q.c. si aliquem,
q est regis iacobi loqur qn mortur pheudatar° nul-
lis liberis relictus, sed fratre, vel eorū liberis vsq ad tri-
nepotē. Cōsidero pmum qa nominauit fratrē, & non
sororē, quę nō vocatur stante masculo fratre, vel libe-
ris fratris masculini, vel consobrini, qa dicit vsq ad
trinepotē. Rursum cōsidero, q in successione hac trās-
uersaliū cōsideratur ipso iure, s. pragmatice, ius fran-
corū. Subinde cōsidero qd est cōstitutio regis iacobi,
& specialiter puisum in puilegio vt habeat locū. Suc-
cessiue cōsidero q quo ad pximiores moritur abinte-
stato, qa nullis nō expedit testari. Cōsidero q inest ip-
so iure forma francorū in castris vt alibi vidi auctori-
tatē andre. de iser. quā nūc nō memini. Preterea cō-
sidero, qa dicit pximiores succedāt, qd si sunt plures
vno gradu, & masculi, an ambo succedāt, certe nō sed
maior natu, vel minor masculus. Nouissime cōsidero,
q maritata nō succedit iure cōsti. quas vide. Sed illud
verū qn est alia nō maritata, eiusdē gradus. Sed si sola
maritata, vel plures maritatę pximiores, primonata
pferatur. Ergo si est vna maritata in pximiori gradu,
& ali° masculus in gradu inferiori, nō puto succedere.
Sed consti. vt de successionibus innuit cōtra in .§. cō-
iugatę, & habet ratonē, q soror maritata habet ius suū
vt glo. exprimit in dicto .§. Vnde succedunt masculi
quātūcūq vlteriores sint. Sed cōstitutio, si aliquē, dū
dicit vt inter duos eodē gradu, vult vt foemina exclu-
datur a maiori, vel ab mari, si sunt eodē gradu, nō aūt
vt excludatur foemina ab mari inferioris gradus. Sed
certe illud ibi nō dicit, q nō excludatur tunc foemina
ab mari inferioris gradus. Nec quod non excludatur.
Sed hoc venit ex natura iuris francorū, vt inferior ma-
sculus excludat foeminā proximiorē, & specialiter ma-
ritatā p .d. §. coniugatę, quę habere videtur ius suum
scilicet dotē. ¶ Item ad huc cōsidero, qa in puilegio
dicitur pximiores dicti comitis, q veniūt a stirpe &cet.
¶ Saly. tangit de nomine stirpis, & quos cōprehēdat
in .l. si qs in suo .C. de in off. test. In recollectis meis
sub eo. Itē qa nomē heredis ibi. ita q comes, & hęreds
pdicti, cōprehēdit oēs superiores, q fuit heredes sangui
nis, vl hęreds, & successores successuri i terrā, & castrū.
¶ Item qa subdit quod sint incolę. Itē q teniāt in ca-
pite de nra curia. Quę oīa nemo dixerit optinere tā-
tum in liberis, & nō in pximioribus. ¶ Itē qa sequit
q sub militari seruitio teneāt hęredes, & comes, Ergo
nō pximiores, nemo hoc dicit. ¶ Nō obstat si dicat
q nominat minoribus fratribus, & co hæredibus suis
maior natu pferatur. Quia illud in casu suo, & gratia
exempli positū est. Sed q post sequitur de alijs, dic &
generaliter, & indistinte. scilicet ac masculus foeminis
pferatur. Et sic vult indistincte masculū foeminę pre-
ferri, & specialiter maritatę. ¶ Sed replicabit de ma-
sculo, q sit eiusdē gradus, vel in eodē gradu. Quaero
ergo si est soror maritata defuncti pheudatarij, & ne-
pos ex fratre iure francorū, quis succedet, soror mari-
tata pximior, an nepos masculus, ex masculo in infe-
riore gradu? Est credo bal. qui tangit infra allegabo sic
ergo clausula. ita q viuatur iure francorū cū ppositi-
e de duob°. s. filijs, & in eorū defectu de alijs pximio-
ribus. Ista clausula posterior cōprehendit vtrunq li-
cet loquatur de alio casu, ar. ex .l.i. C. de diuer. re. Et
specialiter qa nō est maior ratio in vno casu, q in alio
Immo fortior in pximioribus q filijs. Restringi enim
magis pximiores, q filij debuissent. ¶ Itē est dubium,
qa si dubitatur de sorore, qa mulier, & maritata, quid
de filio sororis, qui est heres defuncti. Item ē pximior
in gradu & masculus, licet veniat ex foemina. An ille
pferatur masculo venienti ex descendenti ex masculo.
Et esset prima facie dicendū, q sic, qa in hoc mascu-
lo descendenti ex masculo obstet gradus inferior, vn-
de a masculo, ad masculū certatur, qa ambo sunt ma-
sculi. Est vnū, pro vno, & aliud pro alio. Nā in vno
est gradus pximior, licet veniat ex foemina, in alio est
gradus inferior, sed tñ venit ex masculo. Quid ergo
pualebit gradus, vel origo? nā vterq masculus est, sed
origo diuersa. Et ordo q gradus vincit originem, di-

gniorem Ius

gniorem. Ius francorum est quod tollit ista dubia, quia persona masculi attenditur. Considerandum restat, hic nepos ex cuius persona veniat an patris sui, & sic succederet in capita, & non stirpe, & sic non consideratur persona eius, a quo descendit secundum bal. in auten. cessante. C. de le. here. Et vide per bal. in .l. quoties. C. de suis, & leg. here. Et sic est valde remotus, & ibi vide per eum de successione ad pheudum. Vbi dicit, quod tenore contractus non obstante filia venit ab intestato, est potius quam filius alterius filie premortuae. Sed hic est filius matris. scilicet consobrini comitis in viteriore gradu. Et sic etiam considerata persona patris si viueret non obtineret. Si aliquod ius excluderet foeminam, excluderetur forte veniens foemina. Sed certe non omnino excluditur, sed quando est masculus aliter, ipsa succedit, vt est dictum. Sed non potest venire ex persona matris quia viuit. Ergo filius est exclusus, tamen eius mater admittitur. ¶ Stirps autem videtur esse principium successionis, sicut dicimus quod succedunt in stirpe .l. pro vno stipite, & fundamento. Sed si in stirpe intelligitur de genere masculino, foemina excluderetur. Hec collegi cum difficultate, ex his, quae tunc scripsi pro memoria mea potius quam in modum allegationum.

Consilium Vicesimum

Per constitutionem: monomachiam: in nostris constitutionibus regni habes primo quod corrigitur duellum in omnibus casibus, exceptis paucis, qui sunt duo effectu. furtiue. s. mortis, & criminis lesae maiestatis, quod sit principaliter contra principis securitatem, quod dicitur crimen per duellionis, vt in factum dicitur ante memoratae constitutionis coiuncta glo. sua. cocor. cum alia constit. in titu. de vir. l. in questionibus in princ. Secundo habes, quod in illis duobus casibus non incipitur a pugna, nec proceditur ad pugnam, si super est accusatio, vel probatio per accusationem. Quae si est electa, & non probauit auctor, reus absoluitur omnino sine metu inquisitionis, vel pugne. Neque enim potest a modo prouocare ad pugnam postea, quam ius accusandi, & probandi per testes elegit. Quaeret ergo princeps ab initio an posset delictum probare, si dicit quod non, tunc inquisitionem fieri faciat subtilem, & si per inquisitionem, probetur plene tunc dabit licentiam accusanti pugnam offerendi reo. Si non probetur plene, sed semiplene, nil fiet preiuditii reo, vt possit procedi contra eum ad pugnam. Quinimmo ac si inquisitio nunquam facta fuisset facultas, dabitur actori probandi iuditia, vt possit ad pugnam conueniri contra reum. Et sic videris quod loquitur de accusatore contra reum Illa constitutio volatum ad pugnam ab accusatore, & in casu per duellionis, vnde non videtur loqui, salua pace aduocatorum magnifici comitis ioannis, in casu domini guastonis, cum don ferrando de viginti miliis. Vbi e contra ipse don ferrandus factus reus criminis, vocat suum accusatorem, seu diffamatorem ad bellum. Et licet aliter fieri potuisset vt habetur in titu. de pa. te. §. si quis hominem. Nota tamen quod constitutio corrigit omnes casus, & illos duos, quos premisi, restituat. Ideo illi seruandi sunt in forma constitutionis, vt dixi modo. Et nihilominus andre. de iser. dicit illam constitutionem esse correctam. Et sic nec in illis duobus casibus obtinuere siue ergo loquatur constitutio in duobus casibus quia loquitur de reo vocato ad bellum, & non e contra Siue quia correcta est constitutio hec contraria obseruantia secundum .d. andre. de iser. Non potest trahi quoquo modo ad casum presentem magnifici domini guastoni cum dicto don ferrando filio comitis ioannis de viginti miliis. ¶ Recurrendum itaque habemus ad pragmaticam regis frederici inter ceteras virtutum &c. et secundum, Praeterea ante quam veniam ad pragmaticam illam prosequendo iura anteriora sciendum, quod si facinus est manifestum, non habet locum pugna, vel si est clara probatio, vt hic innuit constitutio, & est expressum iure antiquiore, vbi notant doctores, & bal. secundum Iac. de bel. in dicto. §. si quis hominem. Quid cum sic sit hoc, vel se offert probare accusator. s. don guastonus, qui hoc potest, & debet viam eligere, qua electa cessat pugna, vt modo dixi, prosequendo intellectum dictae constitutionis monomachiam. Et licet pugna fiebat, & consistebat in electione actoris, Et falletur tantummodo in reo maiestatis, quia cogebatur causatiue si nolebat puniri, quod euenisset, si pugnam euitasset sicut glo. notat sup ver. duellum in dicto. §. si quis hominem, Tamen non obtineret in casu presenti, tum quia illa iura sunt correcta, tum quia hoc petens reus, facit ne puniatur, quod hoc non timet. s. puniri. Et si dicis quod fungitur vice actoris Et sic quia constat. s. de delicto, hoc est de dicto infami dicti domini guastoni, quia ipse confitetur, & firmat, quod dixit Et etiam coram principe modo affirmauit dixisse, Non debet ad pugnam procedi, secundum predicta omnia iura. Ipse enim don ferrandus dicit quod dominus guaston illud dixisse. si dixit, hoc dicit dixisse verum, & vellet dictum sustinere contra alium, quam contra illum, vt pote per hoc, quod sibi impinxit reprobatum hominem, & indignum persona sua ad pugnam secum. Non enim potest don ferrandus accusare aliter, quam sit causa, & materia accusandi. Accusat, & indignatur. s. quia hec dixit. At ille fatetur, & firmat dixisse, hoc cui dubium est ad iniuriam cedere, & infamiam pertinere. Vnde secundum pragmaticam post illam. Inter cunctas, quod non abre sequitur illa, Arbitrio principis. In hac tali iniuria punietur, vt ibi expresse dicitur si tamen falsum dixerit. Aliter non. secundum materiam .l. si non conuicinii. Non enim vt limpidius loquar. dominus guastonus accusat don ferrandum criminis lese maiestatis. Vt sic etiam reo, secundum antiquiora iura, competat prouocatio ad bellum, & causatiue, vt supra notaui. sed duntaxat dicit, & affirmat hoc dixisse, & fit reus, ex hoc, vel ab hoc, ille fit actor, quando non potest aliter contingere nisi accusando illum de infamia. s. quia sic dicendo infamat eum falso. Et sic veniet puniendus arbitrio principis si falsum asseruisse probatur. Vbi .i. his terminis stantibus nullo casu video, nec aliquo iure locum fore pugne, quod palam non ausus sum dicere. Non vtique accusat proditionis, sed quod fecit proditionem, dicit ex hoc, & sic appellat eum proditorem Quo casu, hec appellatio, non est accusatio criminis, sed est dictum contumeliosum, & diffamatorium, pro quo non competit prouocatio ad pugnam. Nec est accusatio ex parte dicentis, sed prouocatio cucurbite competebat vt .d. §. si quis hominem. glo. not. At an, & quando puniatur, si quis appellauerit aliquem esse, vel fuisse proditorem, vide in repertorio meo in ver. pro dño. ¶ Veniamus modo ad pragmaticam. Inter cunctas Et hic dico, quod dicta prag-

matica nō obstat, nec facit ad rombum. Quia loquitur in accusatione, seu accusatore criminis lęsę maiestatis. Et est etiā cōtra accusatorē pro reo introducta, vt ibi scripsi, & ponā in tractatu pragmaticarę. Et vult q nō admittatur accusatio talis, nisi speciali prouisione, & licentia pncipis, quo casu datur reo licentia, vti iuribus ibi statutis. Et intelligo qn accusator non pbaret plene, vel semiplene, et nō in totū Tunc demum locus sit pugnę. Ita ad petitionē accusatoris cōtra reum sicut e contra. Et in hoc extendatur cōstitutio monomachiam, pmo qa in casu accusationis accusatore deficiente i pbationib⁹ reus absoluebat sine pugnę progressiōe, ita qa hoc competebat accusatori, nō reo, sed p pragmaticam etiā reo. Stantibus tñ indicijs videtur singulare, q nō torqueatur reus sed possit p pugnam indicia illa purgare, q̄ pugna loco torturæ succedere videtur. vt vult etiā bal. si recte recolo in dicto. §. si qs hominē. Inde est q dixit andre. de iser. q qui vocat pditorē, q nō est, vel eū, q remissus est, tenetur iniuriarę, nō aliter nisi diceret p verbū præteriti temporis, tu fuisti pditor. Et etiā verū qa nec tunc tenetur iniuriarę. ar. ex. l. eum, q nocentē. ff. de iniur. Nec potest pncepę s facere, qn fuerit pditor, qa in facto consistit, Sed mandare potest ne illi obijciatur ab aliquo, q fuerit pditor, Quo etiā si dicatur fuisse nō vt iniuriator, Sed vt cōtemptor mandati pncipis, q hoc vetuit, punietur Ita singulariter scribit & non quidem alliene a proposito nostro andre. de iser. in titu. quæ sit p⁹ . ca. be. a. §. pręterea versus. fi. vi. col. cū pnc. vij. seqntis.

¶ Prędicta scripsi regio mandato relatio mihi facta p dom insi bernardum inseruen. regiū thesaurariū secreti, in casu magnifici don ferrandi de vigintimilijs cū magnifico dō guastono de monte cateno, q dixerat habere pfatū dō ferrandū, pro reprobato, & rebelli regię maiestatis Et affirmat hoc etiā corā dño rege nostro alfonso. Et quęrebatur An pp hoc esset locus pugnę, qa hoc requirebat don ferrandus. Ego aūt regsitus ab ambabus partibus ad aduocandū in causa, aut cōsulendum, vtrunqꝫ denegaui, etiam territus impositione magnarę pœnarę, & dū recurreret p dictū thesaurariū ad dñum regem, Rex cōsensit negationi meę Ita tñ vt in materia studens suæ maiestati cōsulerem super casu, Et ita feci, & scripsi, vt prædicitur, ad regē Et placuit scripsisse pp magnā varietatē cōsulentium in materia, Et tandē vt ipse cōsului terminatum est.

Tertia Notabilia



D pheudorę notabilia redeamus: q̄ diximus sup⁹. Et no. q qs in dubio acquirit pro se, & hęredibus. Et quare filia nō succedat in pheuda. Et quod nepos ex filio succedit exclusis collateralibus, q dicitur pheudū paternū. Et in qbus filius patri non succedit, Et qui filij succedant in pheudum. Et quod pater succedit filio in pheudo antiquo, seu paterno, non nouo Et quod, qui dat in pheudum, intelligitur dare secundum naturam pheudi. Et quia amor descendit, & nō ascendit, & ideo pater acqrit pro se, & filijs, nō sic filius pro pse. Et de causis ex hęredatiōis de filio in patrem. Et quod pater est agnatus filio, sicut e contra, Et de pheudo matris vide p̄ andre. de iser. tractantem in . c. i. in p⁹ & ij⁹. col. in titu. de natu. succe. pheu. Et in seq. col. iij⁹. tradit qn pater excluditur a successione filij. Et ibi de collateralibus, Et ibi in . 4. col. de pheu. matris.

¶ Alibi dicit andre. de iser. q si pater donauit, vel vēdidit pheudū filio successuro, & premoritur filius sine filijs tedit, pheudū ad patrē in titu. p quos fiat inuest. . c. i. in pnc. in fi. col. illius princ. Quod nota contra dictum, q dicitur q pheudum descendit. sed hoc quia prouenit a principe.

¶ Item pheudum est donatio secundum andre. de iser. quę sit p⁹. ca. be. a. §. porro. circa viij. col. ad fi.

¶ Item pscriptio completa contra vassalū, an noceat vendicanti dño, vel si completa est contra vassallum noceat eius filijs. Vide p andre. de iser. in titu. de vnue. de re. alie. facta . §. quod ergo circa. fi. ij. col. Et in illa col. traditur de pignore iudiciali in pheudis. Et est ratio, quod pscriptio in pheudis : solummodo nocet pheudatario viuenti, nō dño, vel agnatis. Quia illi anteq̄ sit apertum pheudum, vel ius eis in pheudo acquisitum nō potest agere impedimento iuris, atqꝫ ideo nō currit eis pscriptio. Arg. l. i. §. fi. i fi. C. d an. ex. Vbi enim ius aufert agendi potestatem nō currit prescriptio tēporalis, glo. est notabilis, & ibi allegat multa iura in auten. de san. epi. §. vero episcopi, vel clerici in glo. i. coll. viij. Et potest esse alia ratio, quia licet statuta, & cōsuetudines recipiāt interpretatiouē progatiuā, pscriptio tñ nūq̄ extendit, nūq̄ progat, qa cōstat ex actibus limitatis, & nō egredit finē & formā ipsorę actuū fm bal. quē dns me⁹ refert, & sequr in. l. nō dubiū. C. de legi Facit. l. p⁹. §. Iulian⁹. ff. de iti. actuqꝫ. pri. Et q no. Inno. c. late dilecto. de offi. archi. fm bal. Hinc ē q bar. dixit alibi q cōsuetudo, & pscriptio nō extendit se vltra id, q agitur. in auten. qui rem. C. de sac. san. eccl. circa fi. penult. q. Et negligētia vnius noceat alteri. Et quid est præscriptio odiosa, & stricti iuris. vt dictū est Facit ad hoc q not. Cy. in . l. ij. C. quę sit lōga cōsuetudo circa psecutionem iij. q. dū ibi infert ad . q. de pscrip. in fi. illius . q. Et idē tenuit andre. de iser. in . l. consuetudinē in titu. de pscrip. versus. fi. in cōstit. regni. l. in burgensaticis aūt est cōtra. Et in his vide, quo ad filios, bar. in . l. stipulatio ista . §. si quis ita in ver. circa . l. istam formo & cæt. ff. de ver. obl.

¶ Item contractus pheudi potest dici de iure ciuili, sicut cōtractus emphitheoticus andre. de iser. in titu. de ca. qui. cure. ven. e, fi. circa princ. iij. col. & voluit in suis præambulis pheudorum in. v, q.

¶ Item qn dixit de hæredibus si pbaretur q intellexit de filijs admitteretur equaliter cū patre viuente, & post etiā si patris heres nō sit, Ita singulariter arguit andre. de iser. in . c. i, de alie. Pheu. pate. in princ. v. col. ibi. item videtur. Et suis heredibus intelligitur de masculis descendentibus, ita scribit idē andre. de eo, qui. fi. Facit arg. pheu. pate. c. i. in princ. Quantū possit voluntas cōcedentis. Et q pheudatarius nō possit dare in pheu. & qn concederetur q possit alijs dare, intelligitur in dubio scilicet in pheudum, tradit ādre. de iser. in titu. de pheu. non ha. pro. na. c. i. circa fi. col.

¶ Et quid de pheudatarijs in regno sicilię, q nō possunt qcq̄ de pheudo suo tangere, vel alienare venio eo tūi ad fi.

titi. ad fi. quomodo ipso datur intelligi, ꝙ andre. de iser. non nouit .c. Volentes, nec fuit in illo tempore.

¶ Filius succedendo patri in pheudo, nõ acqrit pheudum, sed acquisitum capit. Quę vero multũ no. bal. in .c.i. in fi. in titu. de pheu. cogni.

¶ Item nota. ꝙ in iuramento, testis in causa pheudali debet fieri expssa mentio, ꝙ iurauit ad sancta dei euãgelia corporaliter tactis scripturis. Et allegat Inno. ꝙ ita debet esse in quolibet iuramento, ita scribit bal. in titu. qt sit inue. c.i. in ver. tactis sacro sanctis scripturis

¶ Itẽ An alienata parte pheudi, pdatur p parte alienata in totũ bal. tradit, & variauit in diuersis locis. Primo in .c.i. §. hoc quoq;, in .v. col. circa .ij. conclusionẽ in titu. de succ. pheu. Et meminit in .c.i. de alie pheu. circa iij. col. ibi, q̃ro vtrũ. m. p pactũ. Et est tex. vbi ẽt traditur. p bal. in .c. de vas. qui. contra const. loth. pheu. alie. Et ibi melius iudicio meo loqtur, vbi distinguit, & tradit etiã. vbi glo. in .§. callidis in titu. de ph. pheu. alie. p fre. Et habes p eũdem. in titu. qua olim pheu. po. a. §. si vero circa pnc. Ego scripsi in volumine cõsilioꝝ. Consilio .153. ꝙ incipit in causa terraꝝ. circa verbũ, illum tertium an hęc differentia, & cæt.

¶ Dicit lodo. si cõcedit episcopus castrũ d deo, & oia, quę ibi habet, ꝙ non ppterea veniunt spiritualia. Fm inno. in .c. ex litteris de iure. patr. Et subdit ꝙ si vendo fundũ, in quo est ędificata cappella. Et p cõseqns habeo ius patronatus in venditiõe trãsit illud ius. glo. est in .l. in modicis. C. de contrahen. emp. & in .l. qdã de acq. rerũ da. can. plene in dicto .c. ex litteris, Q d est verũ, nisi ad cappellam iretur p viam publicam, & singulariter in .l. si mercedem. §. i. & incipit si cum fundum .ff. de accipi. emp. per illũ tex. singularẽ. facit ꝙ idem not. in .l. confidimus de priui. cre. in princ.

Consilium vicesimum Primum

Vidi processum petitiõis pheudi solarini in territorio syracusaꝝ vertentem inter dominum fulcũ de contarenis agẽtem, & eius aduersariũ conuentũ, & bene erit priusq̃ ad appositã partẽ veniam⁹ p fundamento actoris pauca pferre, Hoc est, eius intẽtionẽ prius fundare, p quę etiã adponunt ex aduerso. Vbi p̃ncipio dico. ꝙ hic dñs actor venit ad successionem pheudi tanq̃ patruus, guilielmi cõtareni eius pnepotis ex linea transuersali, & de successione patrui in pheudo paterno meminit bal. in titu. an agnatus .c.i. circa fi. ij. col. Probatur enim et constat, quod hic dñs fulcus fuit frater vtrinq; cõiunctus quondã aloysii cõtareni, qui primo habuit hoc pheudũ in dotẽ a quõdam pytrello de mohac qui qdem aloysius fuit pr̃ dñi laurentij ad quẽ pheudũ hoc successiue peruenit, eoq; mortuo ad eius filium p̃fatum guilelmũ, & sic dñs laurentius fuit huic actoris nepos ex eius fratre, & consequenter filius ipsius laurentij pnepos. Qui cũ obijsset in pupillari ætate, & sic abintestato. Quæritur nũc an hic patruus suus debeat, & possit ad hui⁹modi pheudi successionẽ admitti tanq̃ proximior eidem pnepoti suo abintestato. Et nõ stando in verbis videtur ꝙ sic, ex dispositione .c. si aliquẽ cõdita p regẽ iacobũ. Qui volens extendere vltra cõstitutiones alioꝝ p̃ncipum pheudoꝝ successiones, statuit ibi, ꝙ transuersales vsq; ad certos gradus succedant deficientibus agnatis ex linea descendente. Nec debemus cõsiderare iura vsuum pheudoꝝ in titu. de gra. succ. in pheu. Nec dicta per andre. de iser. ibi, Nec cõstitutiones imperiales huius regni, Nec aliqua alia iura quęcunq;, q̃ aut nullo mõ aut stricto modo cognoscebãt lineam transuersalem. Quia illa oia iura cessant, p superuenientẽ nouitatem dicti .c. si aliquem, vt in eo pbatur, & dicitur expresse ad fi. Vbi dicitur, & scribitur, qualibet cõtraria consuetudine, & cõstitutione cessant. Nec cõsiderare sit nouum, vel antiquum pheudũ, qa vtrobiq; obtinet dicta pragmatica si aliquem. ibi, & hic ita, tam sup pheudis antiqs & cæt. Et idẽ declaratur p pragmaticã regis frederici tertij, quæ incipit cõstitutionem. Quę venit ad cõfirmationẽ, & declarationẽ dicti. c. si aliquẽ. Et p hoc apparet ꝙ impertinenter, & ridiculose, opponitur in exceptionibus cõuenti dictis de antiquatis iuribus Plane videndũ restat an hic actor conprehendatur in dispositione memorati .c. si aliquem, quod videtur loqui de aliqbus transuersalibus, loquẽdo, & faciendo mentionẽ de fratribus. & eoꝝ liberis, vsq; ad trinepotem. Et sic videtur p̃ma facie loqui de successione descendentiũ transuersaliũ ad suos maiores, & antecessores. At hic sumus in contrario casu, quia petitur succedi a patruo pnepoti suo Sed certe ex eo ipso .c. si aliquem apparet, ꝙ eodẽ ordine vocantur maiores transuersales ad successionem minoꝝ. Quod aparte cõcluditur ibi ad successionem pheudi psonis & cęt. Ex quo enim supradixerat de transuersalibus minoribus succedentibus ad patruos, & sic ad maiorẽ natu. Ibi in verbo, ad successionẽ dicit et extendit ad omnes alios eiusdẽ gradus transuersales, & sic de maioribus. Ibi, vel de maioꝝ successiõe ad minoꝝ phe. loqtur, dũ dicit omnibus psonis, qa supra nõ dixit de omnib⁹, sed tantũ descendentib⁹ transuersalibus, Et qa dicit simili gradu, si loqretur de isdem, de qbus supradixerat, nõ diceret simili gradu, sed eodẽ. Itẽ fatue replicaret idem, ꝙ ante dixerat, sed dixit simili, cũ eodẽ pręcedenti. Et suadet hęc ratio paritatis vt ibi, sic idem gradus. sic & eadẽ successio, & eadẽ iuris dispositio, vt æqualitas de sursum infra, & de infra superius obseruetur Attẽdit enim ibi rex Iacobus gradũ cõsaguinitatis. nõ psonarum ętates, Et hoc verũ esse euidentius demõstratur, in pręallegata pragmatica cõstitutionẽ, quę, vt dixi, venit ad declarationẽ. c. si aliquem. vbi indistincte dicit collaterales succedere nõ facta differentia, neq; vt maiorũ, vel minorũ si nõ sunt in eodẽ, vel pari gradu, vsq; ad sextũ gradũ, incipiendo aparentibus eoꝝ fm dictũ .c. si aliquẽ. Maxime qa sicut nepos succedit patruo, ita e cõtrario patruus nepoti, secundũ andre. de iser. q allegat ibi bonas rationes, in cõstitutione, vt de successionibus .§. filij aũt fratrũ in princ. vlti. col. Ex his nũc apparet ꝙ hic actor, vt patruus, & licet patru⁹ admitti debet ad successionẽ pheudi sui pnepotis, tãq̃ pximior, deficiente linea descendente vt declarat. d. c. cõstitutionẽ ad fi. Nec cõsideratur vnde veniat pheudum sed ad quẽ peruenit, Quia illius vltimi decedentis cõditio spectatur, vt pbatur in .d. c. si aliquẽ, vbi succedunt collaterales habito respectu ad vltimum decedentem, Quia ex imitatione psonæ, tinuatur, & iuris

dispositio Nam res recipit conditionem a persona. C. de impo. lucr. l. i. §. i. l°. x°. ad quod bene facit. l. paulus. ff. de acqui. haer. Et voluit in simili andre. de iser. pater pheudorum in titu. in qb. ca. pheu. ami. ver. sed illa loqtur in cõditione psonae. &cet. Et per haec est respõsum ad id, quod cõuentus adducebat, de psonis alijs ad quas puenerat pheudũ. Illae enim psonae cũ suis iuribus finierunt, & expirauere. Saturnus perijt, perierũt & sua iura, sub ioue nunc mũdus, iura iouis sequere, vt cantat ouidius. ¶ Nõ restat considerandũ, nisi qui supsunt ei, qui nũc decedit, qa illius decedẽtis, & aliorum ei succedentiũ dumtaxat causa tractatur. Maxime vbi habemus ius apertum in hoc casu, vbi admittit successionẽ transuersaliũ in defectu lineae descendentis in .d.c. si aliquẽ, &.c. cõstitutionẽ, Et sic cessat illũ magistrale dictũ. quod pheudũ nouũ nõ habet agnatos, licet qualiter hoc intelligatur singulariter scripsi in cõsilio terrae heracliae, numero xij. incipit, in quaestione terrae haraclíae, in verbo sed mirũ videtur in x^a. col. in fi. Quod tritũ pmanens quasi omniũ doctorum huius regni, ex quo ibi attentat plura, quae indiscussa relinquere maiores. Redeamus ad ppositũ, qa & si posset esse verũ suo tẽpore, nõ optinet hodie, qa habet agnatos ipsum pheudũ nouũ scilicet ipsos collaterales vsq ad sextũ gradũ p capitula ante dicta, si aliquẽ & cõstitutionẽ, q̃ hoc expresse dicunt. Quinimo dici posse hoc casu nostro, q hoc pheudũ cõsiderata forma cõcessionis, etiã prout allegatur in exceptionibus a conuento, possit dici mixtum, scilicet & maternũ, & paternũ, Maternũ qa datum in dotẽ matri, vel auiae huius guilielmi. Et paternũ, quia etiã ipsi fuit datũ, & cõfirmatum Quinimmo in casu decedentis vxoris specialiter prouisum q succederet vir, & eius filij, quod intelligendũ. est ordine successiuo, vt post matrẽ, & patrẽ, ad filios pueniret. Sed parentibus primo, put est de natura cõcessionis quae fit patri, & filijs, qa pmo patri, & postea filijs. Secũdum ea, quae notabiliter tradit bar. in. l. si nõ sortẽ. §. libertus. ff. de condi. in xij. col. Et fuit dictũ Cy. in .l. liberti. C. de ope. lib. & bar. iterum scripsit in .l. vt iuris iuran. §. si liberi. de ope. libe. & p andre. de iser. hoc dicitur in multis locis, & ego sepi⁹ posui in consilijs. Et sic potest dici paternum, qa ante fuit patris, & id idẽ maternum, & subinde fuit eorum filiae scilicet laurẽtij, & successiue fuit filij ipsius laurẽtij, .s. guilelmi eius, vt dixi, in vltimo decedẽtis. Quod consideratur & respectu sui, vt decedentis, & pheudatarij. & huius patrui sui sibi superstitis, & proximioris succedentis. Nec obstat q quidã pyrrellus sit ex linea matris descendentis. Quia proximior, & immediata causa spectatur dupliciter hoc casu. Quõ primo obijt vxor aloysii cesaria, & sic ex illi⁹ decessu venit ad aloysium, eius virũ, secundũ regiam concessionẽ, & confirmationem, & sic proximior est causa aloysii in hoc pheudo. Quo demũ mortuo, successit ei in pheudo, & alijs rebus filius laurentius, qui est descendẽs ex patre ad pheudũ succedens. Quia ab eo immediate recepit patre ipso defuncto, Et successiue de laurẽtio ei⁹ filio venit ad guilielmũ filiũ laurentij, & sic cã patris, scilicet aloysii est pximior, quã sit matris, q̃ praeobijt viro. sic itaq maior debet haberi respectus in causam pximam, & sic ad ipsum aloysium patrẽ ex cuius qdẽ persona attinet a. tor huic nepoti. Item secundo quia proximior est in gradu, q̃ ille pyrrellus. Et tertio quia nõ competit huic conuento de iure tertij excipere, qa hoc nõ competit sibi, sed illi pyrrello pquirere sicut in simili dicit andre. de iser. contra quẽ agitur ad pheudũ, nõ potest excipere contra agentẽ, q is non fecerit fidelitatẽ. Quia hoc ius competit dño, & sic ali incũbit hoc dicere. Vnde conuentus nõ potest obijcere in phuedis ius tertij. ita scribit in titu. de ca. cor. in fi. i. col. Modo nõ obstat forma cõfirmationis, quae videt esse facta, p dictis iugalib⁹ Aloysio, & Cesarea, et eorum heredibus, de eorum corpo. legitime discendẽtibus, ita q viuatur iure francorum Profecto hoc est pulchrum, & difficile cõtrarium. Nam videntur limitatae psonae successurae, & sic solũmodo descendentes. Vnde illis deficientibus iuxta formam statuti videtur etiã deuolui ad fiscũ Maxime qa dicitur iure francorum, quod solũmodo locũ habet inter descendentes, vt scribit andre. de iser. in pallegata cõsti. vt de successionibus. Et sic verũ dicere conuentus videtur, quod .d.c. si aliquẽ nõ loqtur vbi est stricta forma. ¶ Sed certe cõtrarium est verum. Nã singulariter, & bñgnissime dicta duo capitula, si aliquẽ & constitutionẽ sunt introducta. Tã primo vt viuitur iure francorum. q̃ secũdo vbi cõcessio descendentes cõcernebat. Primũ probat dictũ .c. si aliquẽ. ibi, In eodẽ regno francorum iure viuentes. Et idẽ in. c. cõstitutionem dudum dicit. ibi, Et inter eos ordo succedendi. & cet. Et sic si illa capitula habẽt locũ vbi viuitur iure francorum, Et ius francorum habet locũ tantũ in linea descendenti. Ergo in casu loqtur, q° erat stricta forma iure francorum, & respectu descendentiũ. Nonne cõstitutio si aliquẽ loqtur qñ cessat linea descendẽs, Ibi nullo herede legitimo p lineã descendentẽ. Quasi significare velit q si esset linea descendens, illa vt potior pualeret, & ex ea succederetur. Ergo concessio de descendentib⁹, qa sic prouidet trãsuersalibus cessante linea descendẽte, vt in dicto. c. cõstitutionẽ ad fi. Ergo loqtur eo casu, quo puilegiũ dictabat d descendentib⁹ sed certe indescendentibus nõ videtur necessaria concessio expressa, qa p alia iura pheudorum veniũt ipso iure descẽdentes in infinitũ Et in ipsis descẽdentib⁹ tantum locum habebat, quo casu dificientibus scilicet descendentibus, eo tunc locus erat fisco. Quod tñ nouitate, ac benignitate, & fauore dicti. c. si aliquẽ, hodie, Quia immo vult rex iacobus, q nõ obstante q deficiat linea descendens, & puenire p cõsequens debuisset ad pncipem Attñ vult q locus sit hoc casu transuersalibus, vsq ad certũ gradũ, priusq̃ veniat ad fiscũ Et hoc etiam declarando cõfirmauit in maiorẽ gratiã, & fauorem baronum, & pheudatariorum. frater eius rex fredericus tertius in .d.c. cõstitutionẽ. Et sic videtis q licet olim fuisset verum, quod stante illa forma sibi, & haeredibus de suo corpore legitime descendẽtibus, ita quod viuatur iure francorum, deficiente linea descendẽte, vel ipsis descendentibus nõ existentibus, pheudũ reuersurũ fuisse ad pncipem Tñ noua dispositione, & gratiosissima dictorum pncipum. in .d.c. si aliquẽ, & .c. cõstitutionẽ cessante illa descendente linea admittunt transuersales. Sed posset dici hoc verum in concessione simplici, nõ aũt qñ est specialiter expressum de descẽdentibus. Quia tunc sunt in modum conditionis, &

limitationis

¶ IN CAPITE. Quomodo dicatur pheudum teneri in capite exprimit andre. de iser. in titu. de cōtro. inu. c.i.§. si quis de mānso ver. si. Ibi, nec obstat si habēs pheudū, & cęt. ¶ Subpheudatarium. Sed iste secundo impheudatus cui teneatur seruire, dño priori, vel impheudanti. qrit andre. de iser. In titu. de contr. Inu. in v.c. in ver. vtrū afit secundus impheudatus .§. .i. ¶ Mori contingat. nō declarat testatus, vel abintestato, sed loquens indistincte, indistincte videtur intelligi, Et idē esset in vtroq casu. Sed cōstitutio cōstitutionem, quæ est regis frederici declarans istā, videtur loqui qñ abintestato tantum, quod & verum est, vt in dicta const. costitutionė exprimitur. Quia si ex testamēto, & sic disposuit Est videndū an potuit fm .c. volentes? qa si forma nō repugnat, poterit alienari, & loqtur abintestato. Quia tempe huius capituli, nō erat cognitū .c. volentes. Et sic p cōsequens, nec successio ex testamēto, qa nō potuisset testari, vt in titu. de succes. pheu. l.c. Ita cōferendo cōclusimus dñs Archiepiscopus vbertinus, & ego Guilielmus. ¶ Descendētes, forte descendens. Et ita alibi inueni. Et hic descendēs est ex parentib⁹ cōmunibus vt supra. ¶ Trinepotem, Et sic vsq ad sextū gradū incipiendo a parentib⁹. glo. aliter scripsit. quod puilegium concessum sub appellatione liberorum nō extenditur vltra pnepotem .l. liberos. ff. de sena. ¶ Personis. Videtur hic loq de successione maiorum transuersalium, ad minores. Id est. sicut nepotes patruis, ita patrui succedant nepotibus, Et sic eodem ordine .s. pari Et moueor, qa hoc primo benignius est Secundo, vt addat casib⁹ pcedentibus e cōtra. Tertio. qa dicit omnibus psonis. Quarto qa dicit simili gradu, ergo cū illo eodem pcedenti. Quinto qa ratio est, vbi idē gradus, et qualitas seruetur inter eos. ¶ Et quod dicit eodē ordine, Expone scilicet. de sursum deorsum, & deorsum sursum, est idē in ordine, Et maxime quia sicut nepos succedit patruo, ita æque patru⁹ nepoti Et equū ē vt succedat. fm ādre. de iser. q allegat bonas ratiōes, & hoc in cōsti. vt successiōib⁹ in .§. filij afit frat. in penul. & vltim. col. ibi nūqd sicut filius fratris, Vbi etiam dicit, q in pheudis succedant ascendētes, & collaterales quantūcunq remoti. Licet alibi andre. de iser. dicat q plus iuris habet nepos in successione patrui, quā e contra. in .c. si qs miles in titu. imperator. loth. en. pa. in fi. primæ col. ibi ad hoc .c. respond. et cæt. vel nepos. Vel potes expeditius exponere hunc tex. Eodē ordine. Scilicet vt pximior defūcto succedat. Occurrit ēt, & terti⁹ intellect⁹, q mihi nouiter occurrit legēdo tex. hic loq qñ plures, sicut de his psonis ppositis, scilicet fratre, & liberis, q sūt defūcto coniūcti pari gradu, & determinari, q hij pariter admictunt nisi inter viuētes iure frācorum. Et hoc fm aliq⁹s Sed fm hoc regni cp lum corrigit p cōsti. constitu. Et ideo dixit simili gradu. vt ibi scripsi. Quia in dubio reducunt ad ius frācorum ¶ Pheudatarijs alias inueni q

tex. erat, pheudatario, et bene et recte, vt coniūgatur cum suo substantiuo defuncto. Et loquitur hic de his transuersalibus maioribus natu succedētibus minori vt supra tenui. in glo. super verbo, personis, Et habes per andre. de iser. in titu. qui sibi, & haere. suis. c. i. Quia in superioribus loqtur, de minoribus succedētibus superiori. Et si pheudatarijs, simpliciter restringetur ad eos tantū, qui sunt pheudatarij, vel subpheudatarij vt succederēt fratri, nepoti, vel pnepoti. Et tū hic rex iacobus hoc nō attēdit, sed gradū cōsaguinitatis, q sit, & potest esse sicut infra. Et ideo dixit simili gradu. Sed differt de infer⁹ ad supius, vñ in singulari ponēdum est, et apropiatur, & attribuatur substantiuo suo defuncto. Et ita fecit sup^a in princ. ibi vel etiam subpheudatariū, & ita infra debet dici in sigulari. ¶ Subpheudatarios. Istud est quanuis cōmune, nam de iure cōmuni primogenitura nō cōsideratur nisi in patre, & nō in fratre, et habes per andre. de iser. in consti. vt de successionibus. sup verbo in his quę communis & cęt. et licet esset tunc primogenitus. & cęt. Et tū hic etiam cum succeditur fratri, consideratur primogenitura. ¶ Francorū iure viuentes. Intelligebam viuentes iure francorum. i. quia debent seruare ius francorū, & viuere. Quod innuit etiam constitutio constitutionem, quę venit ad hanc declarādam, & ibi scripsi. Dominus gualterius de paternione intelligebat dum conferebamus, ꝙ ita erit forma adiecta priuilegio, ꝙ deberēt viuere iure francorū. Et sic viuentes intelligitur ex forma, & pacto apposito in priuilegio, ꝙ tunc mihi non placebat, & expresse dannari dicebam per. d. consti. constitutionem, quae hoc capitulum declarat. Sed ibi est ve rū, qñ nō apparet forma, quia sic vult vt viuat. Sic modo puto ꝙ participium viuentes accidentiam facti significet. ¶ In capillo. i. in domo, & familia patris. Hoc verbum exponit andre. de iser. vbi est hoc verbum, in capillo expositum in titu. quae. fu. p^o. cabe. ar. in. §. rursus si domini, & isto loquendi modo vtuntur constitutiones imperiales; occurrit in titu. de succ. nob. in pheu. in. §. ex toller. bill, & in. §. filiae, aūt. Hoc enim vide in reptoriunculo meo. in ver. foemina g. ¶ Praecedat, siue praefertur, quod ita demum accipe verū si est maritata de bonis illius, d cui⁹ pheudi successione tractatur, vel de bonis communis patris quia sufficit per consti. i. in. §. filiae aūt. in titu. de succ. nob. in pheu. Vbi sufficit ad exclusionem primogenitae dotatae ꝙ sit dotata a patre, & succedat, quae remāserit in capillo. Et hoc expresse vult. glo. in. §. coniugatę in consti. p^a. in titu. de succ. nob. in pheu. et idem dico si a fratre. Et intelligo verum quo ad pheudum. quod a patre communi prouenit, secus in alijs bonis haereditarijs fratris. quia in illis omnes sorores indistincte equaliter succederent iure communi tamē Quia dos ab ea patre non est profecta de cuius haereditate agitur, qa iura excludētia dotatam sunt. & cęt. Pheuda, & iura singularia principis, quę sunt, pro vt disponit. seruanda, & succedat q̄ remanserit in capillo quae non habeat maritum. Sed supra, quod dixit, habeat locum in patre pheudatario, vt pheudum eius ptineat ad iuniorem in capillo, & nō ad primogenitam maritatam a se, idest. ab ipso patre Secus forsitan esset in casu huius capituli in successione collaterali, vbi nō cadit, nec est vicinitas dotandi maxime patre dotante Et praesertim qa ex dotatione paterna. facta est mentio, et successio, et portio aliorū liberorū. Ac vbi pater non dotasset, nec ex eius substantia dotata fuisset, quo ad eū dicitur pro nō dotata, Et p consequens aequum est vt ipsa filia maior bene succedat quantūcunq; dotata, ex quo aliunde dotē habuit, q̄ ab ipso patre Filius q succesit in pheudo patris nō amplius illi sorori dotatae tenetur. Et moriens sine liberis nō illi maritatae, licet pmogenitae, sed sorori in capillo moritur pcise. & indistincte p hoc capitulū, &. §. filię aūt in const. in titu. de succ. nob. in pheu. Vbi nō essent nisi sorores, nec haberet locum illa distintio, si est dotata ex bonis eius, de cuius pheudi successione tractatur, qa illa distinctio, vt modo dixi, obtinet in patre, nō in fratre, ad quem nō ptinet viuente patre dotare sororem, & quę iam dotata est ex substantia patris, Vnde indistincte primogenita dotata a patre, succedit iunior in capillo Et si sint plures in capillo, succedit maior inter viuentes iure francorum. Alioquin pariter omnes sorores in capillo existentes succederent, ad successionē pheudi, secundum meum tricium intellectum. Et iste est tex. in consti. p^a. §. filię aūt, de succ. nob. in pheu. Et de materia trad. plene consil. xij^o. ꝙ incipit in quaestione terrę heraclęę. circa princ. ij. col. in ver. secūdo dicebam. & ver. venio nunc. in xiiij. col. circa mediū & per ea quae scripsi in. l. filiam. C. de coll. Et ad speciem expressius ad glo. magnā in fi. in. l. p. C. de iure do. Et voluit andre. de iser. in consti. vt de successionibus prope finem eorū, quae ibi scribit in. §. coniugatae Et prędicta intellige maritata, & dotata. secundum andre. de iser. in titu. de na. succ. pheu. circa fin. §. eo Et intelligitur dotata si pater ei dotauit dotem, & assignauit in testamento. secundum bar. in. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admini. tut. Quod not. quia excludere poteris multas, infra. sed bar. in se remittit alio. Sed hic sufficere videtur quod remanserit in capillo. & realiter nō sit maritata. ¶ MARITATAE cōtra hunc tex. semel dixit dominus meus de tan. pp consti. vt de successionibus, quae fecit eum errare, credens ꝙ maritatae nullo modo succederent Nam iure constitutionum maritatę, & dotatę, etiam fratribus nō succedebant vt in consti. p^a. in. §. coniugatae de succ. nob. in pheu. Et vide etiā. e. l. §. filię aūt. Vbi aliquādo, & alio casu, preter hoc. c. succedit maritata. ¶ PRAEcedat. Poteit, & debet intelligi quod ibi non supersint nisi hę foeminae. Sed quid si est aliquid de linea masculina, & inferior gradu. an is masculus praeferatur? Videtur ꝙ sic. vt in. c. i. de gra. succ. in pheu. Nisi aliud sit ex pacto. ¶ CONCEdendi. Nota ergo formam huius constitutionis in esse ipso iure priuilegijs, & concessionibus futuris, vt intelligamus secundum hoc capitulum, vt qñ deficit linea descendēs sit locus transuersali. Audio ꝙ saccurasa tenet, q fuit dñs benardus de medico, ꝙ non habet locum vbi limitatę sunt certę personę, vt quia dicat ꝙ viuatur iure frācorum; Sed certe & hoc ius consideratur in transuersalibus, vt hic dicitur. Immo quia dixit tantum descendentibus, tunc non obtinebit in trausuersalibus Quia extra illas psonas nō succedit, licet hic trāsuersales admittat. Cuius dictum non puto suum verum

nisi limitatio sit talis, q̄ excludat alios, ita q̄ constet de mēte apte cōcedētis. In dubio aūt locus erit huic cōstitutioni. qa puidet vbi deficit linea descendes. Vt ius sui, et expressius apparet in titu. consti. constitutionē. Et sic eo casu, quo locū habeat in puilegium in descendētibus. Et tñ hic pro vt debet, benigne ex gfa ipsius pncipis, etiam vbi viuitur iure francoꝝ. Vt dixit supra, in eodē regno viuentes iure francoꝝ, & cæt. Et tñ tunc erant limitatę psone succedere ex mēte iuris frācoꝝ. Multo magis puidet hic q̄ extēdatur ad trāsuersales. Et habeo q̄stionē in facto in castro salæ Nescio ad huc q̄ terminabimus, qa sum adiunctus in decisione causæ iudicibus magnæ curiæ. Maxime qa in puilegijs sunt refuata capitula regis iacobi Nō obstat dictū saccurafæ, q̄ verꝫ de mero, & pmeuo iure, etiam cōsiderat, q̄ ius francoꝝ in descēdentibus, immo optinebat, vt scripsi supra in ver. subpheudatario. Attū hodie in transuersalibus cōsideratur tale ius francoꝝ, et extenditur successio vt hic, et in .C. cōstitutionem, quantūcunq̄ sit dictum. in puilegio. Descendentibus etiā iure francoꝝ. Et sic sint limitatę psone. Qualiter hic ex dispositione, & extensione huius capituli si aliquē. quod credo saccurafam ignorasse, Quod etiam poti⁹ clemētia, & liberalitas pncipis introduxit, vt beniuolentiam, bñficium, & fauorē baronū quā distincto iure. Ad quod optime facit pragmatica frederici tertij, quæ incipit cū deuotos. ver, ñ. in addicientes, Et si interpretatione puilegioꝝ, gratiaꝝ, & cōcessionū dubitationes huiusmodi emerserint, interpretatio fiet in fauorem, & cōmoditatem eoꝝ, quoꝝ intuitu puilegia pdicta oia pcesserunt De hoc tñ vide quid sentio sup⁹ in illo cōsilio q̄ incipit, hic aduerte, quod est vij. Vide aliud numero xxi⁹. quod incipit vidi pcessum, & fm hoc optinui in quæstione in pheudo solarino, vt infra scripsi. Et intellectum huius capituli vide quod scripsi supra in cōsil. xix. incipit In quodā puilegio, & consil. xxi. quod incipit vidi processum. Et ita tamen indicauimus in causa salæ ¶ Et dum dicit CO Necdendis Innuit, & optinuit, etiam in pheudis nouis, quod expresse declarat constitutio constitutionem.

DOMINI GVILIELMI DE PERNO: VIRI PATRITII SYRACVSANI: V.I. VERISSIMI INTERPRETIS: SVPER CAPITVLO VOLENTES.

INTERPRETATIO

Capitulum Volentes Regis Frederici Tertii

VOLENTES IGITVR COMITES : BARONES : ET NOBILES Comitatus : baronias : pheudaq̄ tenentes : a curia nostra comitatibus : baroniis : & pheudis ipsis longius solito posse gaudere : & eoꝝ emergētibus : p tempe : necessitatibus : absq̄ nostroꝝ læsione iuriū subuenire : Intuitu seruitioꝝ : q̄ dñis regibus siciliæ pdecessorib⁹ nr̄is : & nobis deuotione nō modica cōtullerunt : & cōferre poterūt in futurū. cōstitutiōes diui Augusti impatoris frederici pauí nr̄i pdicti : p quas pheudoꝝ alienatiōes sunt inhibitæ corrigētes. Statuim⁹ q̄ comes : baro. nobilis : subpheudatari⁹ : qlibet pheuda tenētes a nostra curia : seu quandā p rtē pheudi : absq̄ pmissione : seu licētia celsitudinis nr̄æ pheudū suū integrū : seu quotā partē pdictā possit Pignorare : Vēdere : Donare : Permutare. Et in vltimis volūtatib⁹ relinquere : seu legare : Et quomodolibet alio alienatiōis titulo transferre : Et in vnam tantum eādēq̄ personam digniorem : vel æquedignam : seu nobilem : sicut venditor : seu alienator idenq̄ extiterit. Præter quam in ecclesiā : & ecclesiasticas personas : Dum modo de pecunia venditionis ipsius integra : decima fisco nostro soluatur. Ita tamen quod tempore venditionis pheudorum huiusmodi : maiestati nostræ liceat pro precio venditionis ipsius conuento inter contrahentes eosdem : dictum pheudum emere. Ita q̄ intra mensem vnum : a die : quo ad nostram notitiam peruenerit numerando : pheudum prædictum : vel quotam partem pro dicto precio elegerimus emere. vendenti præfato precium pheudi venditi : illico exoluatur : de dicta tamen decima precii supradicti. Et si forte infra mensem non elegerimus emere : & precium soluere : vt prædicitur : venditio valeat : & sit firma : nunquam per nostram curiam in posterum infringenda. Si vero pheudum in permutationem deuenerit : & pecunia interuenerit in permutatione prædicta.

quod de pecunia ipsa In recognitione nostri dominii in pheudo vendito: seu forsitan pmutato: decimam habeat fiscus. Et nostra maiestas ab emptore prædicto recipiat fidelitatis: & homagii: tanq̄ a barone: seu pheudatario: solitum iuramentū. Sed si alio:q̄ emptionis titulo pheudū prædictum alienari contingerit: vt p̄dicitur psona: in qua facta fuerit alienatio: infra ānum vnū numerandum a tempore alienationis ipsius nostram adeat maiestatem: et manibus nostris fidelitatis: & homagii: pro pheudo prædicto: præstet solitum iuramentum In his tñ: et quibuscunq; alienationibus rerum pheudalium: et quotæ pheudorum: seruitiis: et integris iuribus nostræ curiæ semper saluis. et pheudo ipso indiuiso: et integro perdurante.

¶ VOLENTES. Hoc .c. est regis frederici tertij, in suo libro tertio de integratione pheudorum, et incipit volentes. Quia certe in eo bene demostrauit suā gratiam, et bonā voluntatem, quā quotidie in suis litteris patefacit. Et videtur habere locū tam in pheudis nouis, q̄ antiqs. Et p̄sertim in antiqs, qa corrigit constitutiones, q̄ de antiqs loquūtur, qa indistincte, & generaliter loqtur. Et qa olim indistincte, tam in antiqs quā nouis, semp p̄ncipis consensus requirebatur. Et ex quo de illo cōsensu hic nil dicitur. Sed pmittit libere alienari Intelligūt omnes p. c. istud esse remissum q de cōsensu p̄ncipis fuerat primitus cōstitutū, & sic Intelligatur subēe semp. per hoc .c. vel verius esse remissum. ¶ Verūtñ pheudū antiquum olim non poterat alienari in p̄iudicium agnatorum, etiā habita licentia, seu cōcessione p̄ncipis. Sed pheudū nouū sic, p ea, q̄ habentur in titu. de alie. pheu. pate. et ibi p ādre. de iser. in .c. p°. Et licet videat alienatio pmissa, p hoc .c. Attñ s̄m saccurafā q fuit dñs bernardus de medico, hoc nō habet locū, qñ pheudū est ex pacto, & puidentia principis. Quia tūc videtur cōcessum, q tantūmodo illud habeant descendētes ab illo pheudatario, cui sic p̄mo loco fuit cōcessum pheudum. Et puto verissimum qa pactum vincit hanc legem. Alioqn nulla forma, neq aliquis tenor inuestituræ esset attendendus, & frustra apponeretur conditiones, & pacta in concessionibus pheudorum, si posset auctoritate huius .c. indistincte alienari. Quod esset contra omnem naturalem, & ciuilē rationem, et dicta omnium scribentium. Quia in p̄mis notant formam, et tenorem inuestituræ, & formā priuilegiorum, Atq ideo intelligunt, q procedit liberalitas huius constitutionis, qñ forma non repugnat. ¶ DICITVR aūt pheudū ex pacto, et principis puidentia, qñ est cōcessum p se, & hæredibus suis, s̄m aliquos, ad quod allegant bal. in titu. de fil. na. ex ma. ad morga. contra. Et p andre. de iser. in titu. de succ. pheu. in .§. hoc quoq. licet ibi etiam ponat q dicatur hæreditariū, sed de his dixit plenius in .c. i. an agnatus, & in titu. de ph. pheu. alie. p fre. in .§. p̄terea ducatus ¶ PHEVDVM aūt antiquum olim non poterat alienari, vt in dicto titu. de proh. pheu. alie. p fre. in p̄nc. & in consti. cōstitutionem, cū sequēti titu. de reuocatiōe pheu. in consti. regni in l°. iij°. et de illa hic facit mentionem, quā corrigit capitulū. ¶ Quid aūt operabatur cōsensus dñi late p̄sequitur andre. de iser. in titu. qui. succ. de in prin. iiij. col. in ver. ibi expremissis apparet. Et videtur q gratia huius .c. fuit concessa, & introducta p baronibus tunc viuentibus. per tex. ibi pheudaq tenentes a nostra curia. ac etiam p tex. ibi Intuitu seruitiorum quę dñis regibus siciliæ, & nobis. &cęt. Et in ver. statuimus. Ibi quibus pheuda tenentes a nostra curia. Sed dñs meus de tau. & credo verū in p̄nc. sentit q p .c. volētes nō cōceditur aliud nisi q possit pignorare, vendere, donare, pmutare. et in vltimis voluntatibus delinquere, seu legare sine licentia p̄ncipis, quod erat phibitum p constitutiones imperiales. vt in consti. p°. de iure rega. Ergo in illis casibus in qbus nō poterant alienare, cum licentia, & pmissione principis, in preiudiciū filiorum, & agnatorum non poterat p capitulum istud. ¶ Sed certe hic nihil dicit de hoc, circa cōsensum, sed libere, & indistincte pmittit. Verūtñ nō puto indistincte vbi forma, et tenor cōcessionis contradiceret, et repugnaret, vt dicitur in pheudis nouis, & antiqs. Et quod senserim in eis, dico plenissime in cōsilijs. & notis meis. ¶ Et ideo hic aliqua ponā, q̄ tūc scolastica quantum vidissem hic a p̄ncipio capituli occurrent, vt et antiqua, et noua mea motiua sciantur. Et hic ita dicebā, quod cū hoc .c. corrigat illas cōstitutiones, q̄ regrunt licentiā, et pmissionē p̄ncipis in alienatione, Et sic cōcedere videatur, qd̄ p̄ter ei9 cōsensum, alienatio fieri possit Nō aūt q alienatio valeat in p̄iudiciū agnatorum Nā de hoc nihil dicitur in p̄dictis cōstitutionibus Et ideo nō potest dici corrigi. ¶ Sed in causa dñi ioānis vallntini, cū dño gilberto talamanca, in q̄stione vicarii, cōsiliū viceregium determinauit oppositum, q hoc .c. intelligatur puidere in duob9 vz. Quod nō regratur cōsensus p̄ncipis, Et quod p̄iudicet agnatis. Quod vltimum tunc putaui falsissimū. Priuilegiū enim p̄ncipis sine iniuria iuris alterius semp debet intelligi. l. ij. ff. neqd in loco publ. & est ar. optimum in auten. de equa. do. in .§. aliud quoq circa fi. §. Et ibi glo. coll. vij. Ad hoc etiam glo. in fi. in .l. fi. ff. de consti. princi. ar. ex .§. fi. & in glo. in auten. de nō alienan. aut pmutare eccl. coll. ij. At princeps enim remouet illud, quod ab eo exigebatur, scilicet cōsensum suum, & aparet in consti. correctis. Verumtñ cū .c. corrigat cōstitutiones, quę in pheudis antiqs loquūtur, Ergo in pheudis antiqs obtinebit, & multo fortius in nouis, qa et in illis regrebatur cōsensus p̄ncipis, vt dictū est. Et noua qualitercūq cōcedatur, et sub quacunq forma possunt alienari, et in preiuditiū agnatorum, vt pbari videtur in .c. i. de alie. pheu. pat. s̄m andre. de iser. ibi, Sed in antiqs debet attendi forma, et cōcessionis, et pacti adiecti, quod si nō repugnat, nō obstat. Seruandū est .c. quantū ad pheudum nouum, qd̄ omnino nō debeat attēdi forma Erat

opinio antiquorum. quam ego reprobaui, et reprobo, vt in praecedentibus meis cōsilijs plenissime sum prosecutus, et ideo non curo hic frustra repetere.

¶ COMITATVS. licet hic de hoc exordiatur, tamē infra ponit de pheudis simpliciter, qa comitatus habent, tanq̄ datus semp iure francorum, etiam fm vsus pheudorum Et ideo pueniet ad descendentē, & primogenitū, qa ex pacto, et puidentia cōcessū, adq̄d .§. pterea ducatus, & ideo cessat hoc cōsiliū. Sed si exprsim concederet in larga forma, forte optineret iuxta fi. c.

¶ LONGIVS. haec verba cadūt in antiquo, Sed qa etiā in nouo regrebantur cōcēsus pncipis, vt quia erat concessum iure francorum. vt per andre. de iser. in preall. consti. de re. pheu. obtinebit & in nouo.

¶ NECESSITATIBVS. Nota hic rationē, et exceptionem Ideo enim concedit alienationem, vt pheudatarius possit suis necessitatibus subuenire, tunc enim nō videtur dñum contēnere vendendo, vel contrahendo, & sic magis faueri ex necessitate, q̄ ex voluntate. vt est dictū a bar. in .l. pignori in p°. col. ff. fam: he. Et ex pcedenti dicto resultare videtur effectū effectus, q empto licite legis .s. auten. emit. ergo nō debet post posse puari ab agnatis. Quia sic esset emptori, vl' aliter cōtrahens cū pheudatario legis auctoritate deceptus, quod eē nō debet, cōtra .l. meminerint .C. vnde vi. Itē qa haberet regressum de euictiōe cōtra alienantē, vl' eius heredē et sic frustatoria foret gratia, et pmissio alienationis, hoc .c. concesse. Et hoc quo ad rationem. Sed potest facile responderi, q verum est quod concedit alienationē, Sed in casu, vbi forma nō repugnat, vt dictū est in alia glo.

¶ PONIT et secundo exceptionem alienationis pheudi, sine laesione iurium legalium, Exceptio tantū praeiudicat curiae. et sic contra alios videtur concedere. ar. l. cū ptor de iudic. Si enim voluisset etiam fieri alienatio sine praeiuditio etiā agnatorum, facile fuisset ei, hic exprimere, sicut de iure suo dixit, ar. ax. l. p°. §. fin aūt .C. de ca. tollē. Exceptio enim in vno, firmam facit remanere regulam in alijs. per .§. vt aūt. in auten. de nō alie. et .l. nisi his no. ff. de legi. Aduerte qa hoc fuit, ex argumentis, q̄ alias feci disputando, Et sic hic ponā & alia, q̄ in diuersis disputationib⁹ allegaui, nō tñ q vera putē. Vñ ad hanc exceptionē responderi potest, sic, Exceptio nō est posita vt aliorum piudiciū includat. Absit enim, quod pnceps in dubio aliqd concedere intelligatur cū iactura, iniuria, et piuditio aliorum. ad haec sunt vulgaria iura d multa Sed posita est respectu sui ipsius, nō vt aliqd aliud includat, Scilicet enim simpliciter alienationem cōcessisse Cum cōcessio plene interpretatur in piuditiū concedentis, & suorum iuriū fm notata in .l. fi. ff. de consti. prin. Facile fuisset intelligere, q etiā hoc concedebat cū remissione iurium suorum, et ideo vt hoc excludat, sua iura reseruat.

¶ Verumtñ e contra, q posset fieri alienatio in piudicium agnatorum fortiter argui videt ex verbis huius .c. Ibi, ET IN VLTIMIS volūtatib⁹ relinqre, seu legare. Si enim testari potest d pheudo, ergo etiam valebit dispositio post mortē testantis, q non potest contingere sine pre iudicio agnatorum. Carebunt ergo agnati pheudo. Vel frustra concederet posse testari. Nō video responsum, nisi dicat, Quod hoc sit verum, qñ forma non repugnat, Secundum vnam sententiam, quam firmiter teneo, Vel intelligatur quo ad consensum pncipis valere, et tunc illius cōsensus dicit posse testari, qa nō regret' in testādo cōsensū pncipis Sed hec nō eēt cōcessio effectiua, & solūmodo fuiret nobis de sola remissiōe consensus pncipis. Vñ oportebat q dicat vt in sequētib⁹ aperiā, & plenius in sup' dictis cōsilijs, Circa pheuda dictū est

¶ Sed q pnceps etiā in piuditiū omniū hec cōstituere potuisset, nulli dura, & precipuis sicuta debet videri ista puisio. Nā cū pheuda sint omnia directo iure ipsius pncipis, et a sua liberalitate, et cōcessione dependāt tanq̄ iure ppria, potest legem, et ordinationē, quā vult imponere. Quia quilibet est in re ppria moderator & arbiter .l. in re mandata mandati. Ad hoc singulariter facit, q̄ glo. magistraliter scripsit in titu. de succ. nob. in pheu. & glo. q. vbi dixit, q in pheudis modum, finemq praescribere eius est, qui beneficium tribuit .l. in cōmodato .§. sicut .ff. cōmodati pheudū aūt bñficiū esse dicit tex. qui, ca. pheu. ami. Aliaq ratio ponitur in .§. antiqssimo, in pncipio libri vsuum pheudorum, p hac quoq sententia facit .d. l. fi. de const. pnc. Quia bñficium principis, q̄ latissime interptandū est Nec obstat qa debet intelligi sine iniuria, vel piuditio alterius, qa qui vtitur iure suo nemini facit iniuria. Neq enim dicitur fieri iniuria, si tibi nolo dare rē meā, Vel dem sub conditione, vel modo, & male iniuriam vocant finem liberalitatis.

¶ Itē qa indistincte, et generaliter loqtur hoc .c. cōcedens alienationem posse fieri

¶ Et subdit NVNQVAM. per curiam nostram infringi. Ergo nō debet reuocatio audiri

¶ Item qa, vt dictū est, datio pheudi pcedit ex munificentia principis, & seruitijs subditorum, Et sic p hoc .c. pnceps voluit magis deligere eos, qbus pheudū cōcessit, quā eorum filios, quorum aut nulla sunt, aut no erūt, & sic respectu viuentium pheudatariorum est introductū, vt voluit egregie dñs meus de tau. et respectu pseruntium ad filios peruenire Cum illorum respectu pncipis .i. ad principem relato nulla erant merita, vel seruitia, Et sic in eorum patrū pncipaliter concessa fauore. Et id debet attendi, quod pncipaliter agitur vt dicit bar. in simili in .l. certi conditio .§. p°. ff. si cer. per. et bal. in .l. fi. C. de fidei cō. Nam a pncipio nulla erat concessio in pheudis vt not. glo. in dicta cōsti. vt de successiōibus, & psequitur tex. in princ. libri. pheudorum in .§. & qa vidimus Et ideo ni mirum si res de facili reddit ad pristinum statū, Ad suā pmordialē naturā. repetit q°q pprius recursus, redituq suo singula gaudent. Facit in iure nostro .l. si vnus .§. pactus .ff. de pac. & .l. fi testamen. ff. de testam. Facit quia dando hanc patribus potestatem alienandi, filij necessitatem quandā habent pstandi patribus maiorem obedientiā, & dilectionem. Nec est psumendū quod velint filios sine causa pheudorum successione alienando priuare Et potius succurri necessitatibus patruum, q pheuda meruerūt, quā filiorum successioni. Cōtemplatione qdem patruum voluit ad filios puenire Prima ergo causa est patrū, sine velint plus solito gaudere, & sic libera voluntate frui, siue necessitatibus suis succursum ire. Et sic siue velint, siue necessitentur, mos ei gerendus est, auctoritate praesentis capituli. Sic & patribus necessitate potestatē antiqua iura permiserunt. Quia nō nisi iustissima inter-

niente causa sunt filii nocituri. C. de pa. po. l. fi. Et ideo ni mirum si fiet alienatio in preiudiciũ agnatorum p hoc capitulũ. Sunt ex argumentis, q̃ allegaui in facto disputando defendens hanc partẽ, q̃ verissima videtur mihi recte, ac sane intellecta, quia ab initio ipso fit nouo pheudatario pheudi ipsa concessio sic enim loquitur ola pcedentia argumenta, q ipsa cõcessione potest que velit princeps pacta, conditiones, & leges apponere, Et ipse pheudatarius quatenus tangit ius filiorum, vel fit mentio de filiis nõ astringitur, sed potest libere nõ obstante concessione facta sibi & filiis suis, alienare. Illa enim forma nõ aprehendit, nec limitat patrem. secus aũt vbi esset adiecta forma, vt viuatur iure frãcorum. illa enim et nouum, et veterem pheudatarium apprehendit, et stringit, et obligat Vt ipse hoc primus inueni p rationes, quas amplissime prosequor in consiliis ante scriptis. ¶ Vbi aũt esset simpliciter facta mẽtio agnatorum, filiorum, vel heredũ suorum, & si addatur de suo corpore legitime descendentiũ, Hec forma, vt dixi, nec stringit, nec obligat ipsum primũ, & nouũ pheudatariũ ita nouiter inuestitũ, quin possit etiã in extraneum disponere iuxta gratiã, & concessionem psentis. c. Sed vbi hic pmus hoc non fecit, & transiuit pheudum ad filios, & in eorum psonis effectũ est antiquũ, & paternũ, nõ possunt hi filii a forma recedere, a qua pater non recessit, & potuisset vtique recedere si voluisset, qa forma nõ repugnasset, p ea, q̃ plenius supra modo dixi, que tñ in filiis ipsa repugnat, Nec obstat hoc. c. quia non loquitur in datione pheudorum. i. quod hoc habeat locum cũ dantur pheuda, qa tunc verũ est, vt modo dictum est, in psona noui pheudatarii, sed loquitur post cõcessionem pheudorum, vt possint illa a qbuscũque pheudatariis alienari, Quod intelligendũ est vbi forma non repugnat. Et inter formas etiã est facienda vis maxima, Quod hic amplius nõ extendo, quia plenius in consiliis dictum est. Et infra forsan aliquid collocabo

¶ ÆQVEDIGNAM. Hoc videt tractũ ex. l. si inter. ver. I pheu. tñ. i titu. d leg. cor. d q° 'p intelligẽtia vide bal. in. l. ii. C. si de mo. posse. & ibi d materia phe.

¶ PRÆTERQVAM IN ECCLE. Vide bar. in. l. filius. §. diuus in. ii. & iii. q. de leg. p°.

¶ FISCO NOSTRO. Scilicet a vẽditore, ergo si donat nil soluit, de aliis cõtractibus nil innouat, sed supra dixi alienatore Et cõfirmat infra clarius ibi, si vero pheu. in per.

¶ NOTITIAM. Id est q nũciabit vẽditor, qui fisco decimam soluere tenetur Nec præfigitur ad hoc sibi tempus aliquod.

¶ DECIMA PRETII. Si dñs vendit, aliter si vẽditio fit p curiã, qa fit necessaria pro debito. Credo hoc nõ obtinere, ne fiat piudiciũ creditori. Curia tñ vẽdit iure dbitoris, ar. l. si pdiũ, &. l. si ob. cã in si. C. d eui.

¶ PER NOSTRAM CVRIAM. Nota hic p nostram curiã Ergo p alios, puta agnatos posset infringi. Vel p curiam vult nõ infringi. Sed si p alios Vt sunt agnati, est dubium pp formã pheudi, an repugnet alienationi, an non. posset etiam intelligi ad hoc vitandũ, quod dicitur p nostrã curiam, id est, q omnis iustitia fiat in curia, & q̃libet a nobis fit, q denegabitur curiæ volenti infringere, id est, iudiciũ, & sic non audietur. Sed prima verior.

¶ SOLITVM IVRAMENTVM. Quod debet pstare infra annũ, diem, vel mensem, iuxta vsus pheudorum, post petitã inuestiturã. Sed an tale iuramentum pstari posset p pcuratorẽ arguit ãdre. de iser. in. c. i. in titu. qui. temp. mi. circa iii. col. ver. sed an. tunc.

¶ INDIVISO, pro quo vide. §. pterea iu. l. imperialem in titu. de proh. pheu. alie. p fre. Nã pheuda recipiebant diuisionem vt ibi exceptis quibusdam vt infra. not. Et hoc etiã scripsit dominus meus raphael fulgosius in. l. siue. §. tam diu. in iii°. carta. ff. de cõdic. fur. Et inde quodam dictum domini flor. in. l. si seruus seruum. §. si seruus. ff. ad leg. aquil.

¶ INTEGRO & cæt. Ibi in finalibus verbis capituli. Et ex hoc datur intelligi sm interpretationẽ aliquorum q pheudũ debet puenire ad vnũ, & ita supradixerat & in vnã eandemque psonam. Ergo ad pmogenitũ, tanq̃ ad digniorẽ, qa maior ar. l. si que sunt cautiones. ff. fami. haer. & l. si. ff. de fi. instru. Sicque in hoc regno, licet cõmuni iure, viuaẽ iure longobardo, vt in consti. puritatẽ. Tñ in pheudis est ius medium, vt hic patet. ¶ Et ex verbis istis in fine huius. c. deprehendimus quod locũ habet etiã abintestato, Et ita audiui ab illis antiquis iudicibus magne curię, q ita iudicauerunt, & interpretari hoc. c. vt est dictũ in princ. huius glo. Et intellige q ita venit demũ ad pmogenitũ, si morit pheudatari' abintestato. Si aũt aliter disposuisset, posset etiã in extraneã psonam, dũ modo sit æquedigna, vt dicit littera, quod semp intelligi posse, nõ repugnãte forma. ¶ Quid aũt sit ius medium succedendi in pheudis p hoc. c. ita declaro Nam nõ mere viuimus iure longobardo, qa succederent æqualiter omnes, & omniũ eque esset pheudũ, & ad hoc alleg. c. i. in titu. de succ. pheu. in princ. Non etiã iure francorum, quia illud est ius singulare, & non obtinet nisi vbi sit forma cõcessionis. ad quod est constitutio vt de successionib' in fi. pnc. in consti. regni, & sic omni casu ad primogenitũ tantũ ptineret, Item qñ cõceditur hoc a principe quod viuatur iure francorum, ligat etiam nouũ pheudatariũ. Sed qñ succeditur abintestato, est presumptio iuris francorum respectu defuncti, & ista sunt in consiliis declarata. ¶ Sed est inter hęc duo iura, medium ius, quod introducitur ex hoc. c. scilicet vt pheudũ integrũ, & indiuisum remaneat, et sic apud vnũ, et certus respondeat de fructibus æqualiter, omnibus puidendo, vel filiabus dabit. i. sororib' suis, quatenus est dos de paragio, seu. vitã, & militiam fratribus minoribus natu, Sed hoc est verũ, vbi viuitur iure francorum, aliter æquales sunt cũ pmogenito, licet dignitas pmogenituræ seruiret in possidendo, & distribuendo iura, & red ditus, Secundũ iura constitutionũ pheudum remanebit indiuisum, et integrũ, et in potestate vnius, et sm interpretationẽ antiquorum, pmogeniti, tanq̃ dignioris, Et ita habet cõsuetudo generalis in regno, vt pmogenitus ipse abintestato solus succedat ad pheudum.

¶ Quod aũt statuitur q alienatio fiat in equedignam vel digniorem psonam, Hoc est ne deterior fiat pncipis conditio sed qd si princeps concedat alicui suũ ius directum, id est, ipsum suũ directum dominiũ, q proscul dubio nõ est equedignus, an possit? Videtur, q sic, qa princeps de inhabili facit habilem. arg. ff. de re iu. d. l. quidã cõsulebant ad quod not. p ang. C. de crimi. sacre. l. ii.

ſacre. l. ij. Et idem voluit alibi andre. de iſer. in titu. de cont. inter pa.c.i. circa fi.ꝗ. col. in ver. in regno ſiciliȩ nō habent locū & cæt. Sed huic diffinitioni videtur obſtare primū hic tex. quia æqualitas eſt ſeruanda inter dn̄um, et vaſſallum, et de puncta obſtare videtur vehemēter .c. ſi inter. in titu. de leg. cor. Vbi nec dn̄s poteſt transferre directū dominiū inferiori, niſi de cōſenſu vaſſallorꝝ. et Cy. plene q̄ſtionem examinat. C. de noua .l. pª. ¶Item circa hoc .c. ſingulariter eſt notandū, Quod licet in talibus pheudorꝝ alienationibꝰ nō vedeatur neceſſaria cōfirmatio ꝓncipis. vel cōſenſus eius Tn̄ eius cōfirmatio, quo ad aliud videtur neceſſaria, vt ꝓnceps videatur habilitare ꝑſonam, in quā fit alienatio, Vt cenſeatur ęquedigna, vt etiam accipiat iuramentū fidelitatis ab emptore ꝑ vt exigitur in hoc .c. & vt appareat ꝙ notitiam habuit de venditione, & alienatiōe pheudi, & noluiſſet emere, ꝑ decima pte pœcȩ & cęt. et vt habeat ius decimȩ Ex his eſt neceſſaria ſciētia venditionis. Quod not. qd̄ aliq incauti de his nō curāt. Diſcutiamꝰ modo aliqua ad materiā pheudalē ptinētia, vt videaē hoc .c. bn̄ dotatū, Et in tex. ibi

¶PRÆTER QVAM IN ECCLESIAS Facio dubitationē quid in monaſterijs? Nā appellatiōe eccleſiarꝝ monaſteria non continentur. c. grand. de ſup. nega. præla. li°. vi° in glo. monaſteriorꝝ. Et videtur idem ꝓp eandē rationē. Ad quod facit quod idē fredericus tertius ſtatuit contra eccleſias in illa pragmatica. ſic ſumus, quam poſuit in .ij°. li°.

¶Item q̄ritur qn̄ pheudū venditur, an venditor pheudi teneatur ad ſeruitiū tractat ādre. de iſer. in titu. q̄ ſit ꝓma.ca.be.a.§. ſed nec eſt alia ver. verū aūt vaſſallus.

¶Sed an emptor teneatur ad releuium, & quis teneatur, & ibi plene circa releuium, Et vide per eundē andre. in titu. per quos fit inue .§. ſed & res ver. ſed tunc quęritur, ſupradictus vſq; ad finem.

¶Item notat idē andre. ſm hoſti. quod illud dicitur pheudū antiquū, quod fuit alias datū. Et ſumitur antiquitas ſi ſemel datum fuit ꝑ ꝓdeceſſorem, vt not. in pª Rubri. li°. pheudorꝝ. Sed durū videtur dicere cōtra.c. & in .c. parte. ver. hoc ius & cęt. Tractat qn̄ rectores eccleſiarꝝ poſſunt dare in pheudū. Et ibi ꝓbat, quod triginta ānis acquiratur vaſſallus, notat hoc bar. in .l. litibus .C. de agri. & con. li°. xi°.

¶De pheudo ex pacto, et prouidentia tradit. et de pheudo hęreditario in titu. qui ſucc. te. circa fi. et in fi. et in titu. an agnatus .c. i.

¶Quę aūt dicātur pheuda plana, & de tabula, dic ſm ādre. de iſer. in pª. rubri. li. pheu. ibi cōſti. regni ſiciliȩ.

¶Et an cōfirmans videtur donare, ꝑ andre. de iſer. in titu. q ſucc. te. in. v. col. Alij dicūt nō irrationabiliter

¶Item iura vaſſallagij præſcribuntur triginta ānis no. andre. de iſer. in pª. Rubri. pheudorꝝ. in .ij. col. Vide Cy. in . l . comperit de præſcrip. an qui ſentit contra.

¶Licet pheudū olim non poterat alienari, poterat in dotem dari, eo modo, quo ille habeat, nec regrebatur cōſenſus ex parte viri in donatione ꝓp nuptias Ita ſingulariter ſcribit andre. de iſer. in titu. q ſucc. te. in 4. col. in ver. ex premiſſis apparet. Et in ijª. col. dicit qd̄ ſi dn̄s pheudis cōſentit alienationi pheudi ſimpliciter, videtur renunciare iuri vaſſallagij, & ſeruitij, ſi nō dicit ſaluo iure ſeruitij, & vaſſallagij. Quod facit ad id quod dixi ſupra in glo. ſuꝑ verbo neceſſitatibus.

¶Itē aliqn̄ pheudatarius æqꝑatur emphitheotę, vt in titu. de contro. inue. xi°. coll. in ver. Ibi. nō ſoluit quæſtionem. Sed andre. de iſer. dixit etiam aliquid in titu. quo. tem. mi.

¶Poſtremo vt omnē materiā huius .c. vtiliter cōcludamus, & qd tandē teneo ſit in aperto Dico ꝙ generaliter teneo hoc .c. volentes locū habere ſiue ſit pheudū antiquū, ſiue nouū indifferenter in vtroq;, & loqui tantū in diſpoſitione expreſſa tam inter viuos, quā in vltima voluntate. Vt poſſit regulariter q̄libet pheudatarius vel, & diſponere de pheudo vt vult, aperte ſe ipſum declarando. ¶Hoc capitulū fallit dupliciter, primo niſi obſtet forma conceſſionis pheudi, vt qa ſit cōceſſum illi, et hæredibꝰ, et ſucceſſoribus, vel filijs de legitimo corpore, qa nō poteſt in extraneam ꝑſonam diſponere, qa receſſeret a ꝓuidentia ꝓncipis, & forma ſuȩ cōceſſionis. Nā tunc ſi alienaret in extraneū fieret duplex error, ſeu iniuria Primo cōcedenti, qa contra eius formam, et ſuā cōceſſionem alienaſſet, et ideo nō exiſtentibus filijs fiſcus reuocaret, ſm tn̄ antiqua iura, et cōmunia pheudorꝝ. Secūdo ipſis filijs, ſi extent, et tunc hoc credo ꝓferri fiſco, ſi extant, & reuocant. Sed dubiū eſt an in vita alienantis, vel demum poſt eius mortē Et in cōſilijs meis plene dictū eſt. Sed tunc bn̄ poſſe diſponere, inter liberos vt vult, & ſic diuidere ꝑ quotas tn̄ vel vni filiorꝝ dare, alteri nō, ex quo hoc patitur forme cōceſſionis pheudi. ¶Secūdo fallit Niſi etiā eſſet additū in cōceſſione, ita ꝙ viuatur iure francorꝝ, qa tunc ad primogenitum ōnino debet ꝑuenire, etiam ſi eſſet pheudū nouū, vt eſt a me plene dictum, & probatum in meis conſilijs. Ita quod concludendo habes, ꝙ ſemꝑ habet locum diſpoſitio huius capituli volentes, niſi forma conceſſione data repugnet.

¶Vbi aūt eſſet conceſſum pheudū tibi, & hęredibus imꝑpetuū, vl' tibi, & ſucceſſoribꝰ tuis poſſet relinquere cui velit, et filiū ꝓterire, et extraneo ꝓuidere, et qdcunq; onus addere, et grauare ſucceſſorem, vel hæredem extraneū, ſicut in burgēſaticis poſſet Et etiā in re hęredis, vt .l. cū a matre, C. de rei. ven. Sed cū nomē hæredis in materia pheudali, ꝑ filijs intelligatur, & ſic ꝑ hęrede ſanginis. Ergo idē erit dicere hoc caſu, ſicut in ꝓcedenti, ac ſi dixiſſet de tuo corpore legitime deſcendētibus, vt ꝑ bar. in .l. gallus .§. etiā .ff. de libe. & poſt. Vnde putabam. ꝙ verbū imꝑpetuum oparetur differentiā, et intelligi faciat, et porrigi ad extraneos. Et ſic hoc caſu haberet locū hoc .c. Secus ſi ſimpliciter dixiſſet tibi, & hæredibus, ſimpliciter, quaſi verbū hæredibus ꝑ filijs in pheudis intelligendum eſſet. Sed verbū imꝑpetuum nō alterat naturā verbi hęredis, ſed tantummodo tempus ſignificat, vt ſingulariter ſcribit bal. in .l. etiam .ff. ſolu. matr. Sed certe etiā ſi nō diceretur imꝑpetuum, ſed ſimpliciter tibi, & hæredibus hoc verbū extraneos etiā conplecteretur Et hoc praticat diſpoſitio huius .c. nō tam ſimpliciter ex ſe, quā ex viſione cæterorꝝ ꝓuilegiorꝝ, eiuſdem regis frederici vbi hoc demoſtrat, & declarat, vt verbū hoc etiam extraneos cōprehendat, ꝑ ut manifeſto apparuit in priuilegijs graſuliari. Et etiā innuit ex hoc .c. dū ſimpliciter dicitur pheudatariū quemlibet poſſe de pheudis diſponere, & ea quoquo alienationis titulo transferre,

quod eſſe verum palam eſt, vbi forma priuilegiorum & conceſſionis pheudi nõ repugnet. Sed vbi dicit tibi et heredibus, ſi extraneũ facit ſucceſſorem, vel hæredẽ in pheudo forma nõ repugnat, Quia poteſt verbum heredibus ex ſui lata ſignificatione etiã heredẽ extraneũ cõprehendere Et ſic hoc ꝓſtet nobis hoc capitulũ vt licet in pheudis verbũ heres pro filijs, & ſanguinis heredibus intelligatur, hoc ex liberalitate, et benigna diſpoſitione huius .c. quod vult quemlibet pheudatariũ poſſe de pheudo diſponere (et hoc ſit) non repugnante forma. Et hoc caſu accipiendo in generali ſua ſignificatione verbũ hæres formę non repugnat, ſi in extraneũ diſponeret. Ergo auctoritate huius . c. poterit diſponere. Et iſta eſt hodie omniũ firma opinio, & ſecundũ eam ſepius iudicatum, et ita recte in cauſa vicari apparet fuiſſe determinatũ. Et ſic videtis ꝙ quod eſt cõceſſum ex pacto, et ꝑncipis ꝓuidentia, vel adiectum eſt, ꝙ viuat iure francoꝝ, cũ ſit expreſſa, certa, et clara forma, ab illa non eſt recedendum, et diſpoſitio pheudatarij in contrariũ nõ valebit Si eatenus valebit, quatenus poſſet cũ forma tranſire, prędicto enim caſu ſuccedens agnatus, qui eſt vocatus ad pheudũ in ipſa conceſſione pheudi, ex forma data habet conſeruare pheudũ iure ꝓpio ex dato, et ꝓuidentia ꝑncipis, quę non poteſt pretermitti, Et ſic non recipit ſimpliciter beneficio teſtatoris. Et ideo ad pheudum venit recta via illo deficiente, Et illud accipit cum beneficio inuẽtarij. habes hoc ſm tradida. per dñum ãdre. de iſer. in titu. an agnatus .c.p°. Et hęc õnia clarius ꝓſequor in cõſilijs meis, Sed ad intelligentiã huius.c. ſufficiãt.

DOMINI GVILIELMI DE PERNO, V.I. VERISSIMI INTERPRETIS, SVPER ALIQVIBVS PRAGMATICIS, ET PRIVILEGIIS INTERPRETATIO.

Pragmatica Regis Martini.



CONSILIARII: FAMILIARES ET FIDELES NOSTRI: NVPER aſſertione querela culucii de tropea de leontino familiaris: fidelis noſtri ꝑcipit noſtra maieſtas Quod cũ nobilis bartholomæa de alagona: vel alius nomine ſui: ſup quodã tenimẽto domoꝝ ſito in eadẽ terra leontini in quarterio caſtelli noui qđ poſſidetur ad ꝑſens p culuciũ ipſum: Seu p viã conceſſiõis. ſeu alienationis ſibi factæ dudũ p ſereniſſimũ dñum regẽ aragonũ genitorẽ nrum precarũ. dũ in hoc regno ſiciliæ reſideret: & noſtrã maieſtatẽ: ꝑut in priuilegiis p dictũ dñum genitorẽ noſtrũ: & nos: de his eidẽ culucio factis clare liquet: contra eundẽ culuciũ intẽdat cauſare: ſeu facere q̃ſtionem: voſq; ad petitionẽ nobilis ꝑfate coram vobis: in veſtro iuditio dictũ culucium citare feciſtis. Propter quod volentes ſup his vobis: & vnicuiq; veſtrũ id: quod eſt intẽtionis: noſtriq; ꝓpoſiti patere Fidelitatis veſtræ: veſtrũq; cuiuslibet diſtricte mandamus quatenus ſup his: cæteriſq; ſimilib⁹. & reb⁹: boniſq; a rebelliũ noſtroꝝ manibus. & ꝓdictoꝝ p eũdem dñum genitorẽ noſtrũ: ſiue nos inde ablatis Noſtriſq; fidelib⁹: & ꝑcipue dicto culucio: vel p viam cõceſſionis: vel alienationis: ſeu quocũq; modo cõceſſis: Et ꝑcipue dicto tenimẽto domoꝝ ad petitionẽ dictæ nobilis bartholomeæ: vel alterius nomine ſuo velitis cõtra fideles noſtros: & ꝑcipue dictũ culutiũ: Quib⁹: vt præmittit: eadem bona fuerint cõceſſa q̃ſtionem cauſare: ſiue dimandam ſup eiſdẽ bonis audiendã præſtare nolitis: Vel lites huiuſmodi tales admittere Cũ ſic ſcienter: & expreſſe mãdamus: & velimus. Data leontini xv. octobris primæ Inditionis Anno dñi .M.cccc.vii. Rex Martinus: ſupſcriptio. locũtenenti & iudicib⁹ magnæ noſtræ curiæ: conſiliariis: familiaribus: & fidelibus noſtris. Regiſtrata in cancella. Penes protonotariũ. Præſentata cataniæ viceſimo octobris primæ inditionis.

¶ SIMILIBVS. Propter hoc iſta littera eſt habita pro, & pragamatica generali p .l.fi. C, de leg. Et ita pronunciatũ fuit in conſilio viceregio, et cõcluſum a iudicibus magnæ curiæ me tunc pręſente. Quod ita ſemp fuit habita ꝑ lege, et eſt in viridi obſeruantia, et ſemper ſecundum hanc fuit iudicatum.

¶ MANIBVS. Quę ſint tñ rebelliũ nõ aſit apparet, ea detenta, vel poſſeſſa, vt pura pignorata, vel depoſitata, Quia pp hoc nõ debet iuri alterius pręiudicari per ea, quę ſtatuta fuere in parlamento generali apud ſyracuſas, Sed in conſilio viceregũ eo tempore, quo, eram aduocatus audiui a iudicibus magnę curię quod indiſtincte adiu eſt intellecta, Et qualitercun. ꝑ hæc bona reperiantur in poſſe rebellium, licet vere ſint alterius, ſi tñ ea data ſint. vel alienata a principe noſtro Martino, vel Martino patre, ꝙ verus dominus, Nõ ſit

ius petendi. Licet ego satis dubitauerim & intelligebã hic. A MANIBVS. i. potestate, et potestate. i. dominio et sic tñ loqui in rebus, quarũ dominiũ esset rebelliũ. Iudices ipsi dicebãt q intellecta extitit, & iudicata generaliter, et indistincte, Et sufficere tria extrema impleri. ¶ Primum. q fuerit concessio facta, et appareat priuilegium, & scriptura principis, aliter nõ impediretur litis ingressus, licet possit aliter concessio probari. ¶Secundũ q fuerit in posse rebellis qualitercunq; etiam sola detentatione facti ¶ Et denique tertiũ q sit concessa fidelibus, & hęc de cõcessis a rege martino. Alia est de concessis a rege martino. Alia est de concessis a quibuscunq; alijs regibus, et qualitercunq;, & multũ late. Et illa est quę incipit Martinus satis cõstat esse notorium. Et illã primã dicebant iudices non esse in viridi obseruantia, quia multũ exorbitabat a iure & inducebat praeiuditiũ iuris alieni. Sed sequens, quae etiã incipit. satis constat, est nõ tam generalis, nec in tantũ deuians a iure, et illa iccirco obseruatur. ¶ Dicebã tñc cõtra hanc interpretationẽ, q pnceps nõ potest plus transferre, q̃ habeat. Sed ius, quod habet in rebelles, & eorũ bona, est pp delictũ rebellionis. Bona, q̃ nõ sunt rebelliũ, nõ debent fisco, Ergo nullũ ius cõcedit rex in alienis, & q̃ sunt fideliũ, licet sint in posse rebelliũ. Et etiã si essent rebelliũ p tempe, & ẽent subiecta restitutioni substitutione, vel alio modo, vt p tẽpore, quo debent esse rebelliũ, sint fisci, p alio tempore sint substitutorũ p. l. statius. §. cornelio. ff. de iure fisci. Iudices asserebant dubitare sup his. Sed tñ iudicatũ fuisset contrariũ, q hęc littera generaliter, & indistincte intelligatur, qualitercũq; reperiantur in posse rebelliũ, vt dictũ est, irreuocabiliter sint concessionario pncipis Praesertim qa hodie si aliter acciperetur, infinitae cõcessiones horũ regaliũ reuocarent. Aduerte tñ q haec pragmatica. & illa, satis constat, q̃ fuerunt additę a rege martino, sunt specialiter ad hoc, vt impediatur litis ingressus. Sed quo ad merita causę, si sunt cõcessiones factę ab alijs regib⁹ de bonis rebelliũ, puto admitti q̃stionẽ. Sed poterit petentibus apponi, q si sint filij omnino nõ succedãt. Si vero alij agnati, nec etiã illi infra tertiũ gradũ a quarto gradu. sic vt videtur tex. in. c. si vassallus culpã. in titu. si de phen. cont. fu. vbi vide omnino bal. Et ideo illa dubitatio, q̃ sit in. c. vassalli si vas. pheu. priue. pheu. datario delinquẽte ad quẽ ptineat ad agnatos, vel dñum. Intelligam eo casu, quo ad agnatos veniat, si sunt in quarto gradu, nõ in pximiori. vel strictiori gradu. Nec obstat pragmatica si aliquẽ. qa loqtur qñ pheudatari⁹ moritur fidelis, & abintestato sine liberis, non aũt rebellis. Et q hodie omnes agnati excludant a successiõe rebellis in crimine lęsę maiestatis, Et q non sit necessaria sententia et cęt. Vide infra, constitutionem eiusdem regis martini, q̃ incipit Et qa inter alia, quae sequitur. Quae qdẽ remouet omnia dubia, q̃ in his alibi fuerunt a doctoribus mota. Et specialiter. dico, q. dicitur in. l. si. in glo. si. si bñ memini de reuocan. do. Atq; ideo non inepte, statim, post hanc, illam subijcio.

¶ Nota hic, qa nouiter venit littera serenissimi pncipis nostri Regis alfonsi p nobili ioanne de alagona, cõtra franciscũ saluagiũ Quę vult, q hęc littera regis martini, transeat, q° ad bona, q̃ fuerunt rebellium, nõ aũt fidelium, licet fuissent vel essent repta in posse rebelliũ Et est littera iustissima, & pncipis sanctissimi. Et sic reducimur ad id, qd dicebã in supioribus esse verũ de iure. Littera tñ hęc ponit in contentione.

PRAGMATICA REGIS MARTINI

ET quia inter alia dubia in dicta causa facta: fuerit dubitatum An agnati: vel alii consanguinei alicuius vassalli nostri in crimine laesae maiestatis admitti debeãt ad successionẽ bonorũ pheudaliũ dicti vassalli pditoris. Ne sup ipso dubio alia in futurũ oriatr dubitatio ad aeternã rei memoriam cũ plena: & solenni deliberatione dictorũ nostrorũ assessorũ: & omniũ singulorũ iudicũ praedictorũ. Tenore praesentiũ declaramus omnes agnatos: & cognatos vtriusq; sexus exclusos fore: & excludimus ab omni successione quorumcunq; rebelliũ: & proditorũ regiae maiestatis p̃sentiũ: & futurorũ: Siue fuerit pheudũ Antiquũ: Auitũ: aut Nouũ: aut alterius cuiuscunq; conditionis: seu naturae. Et quod in notoriis rebellibus facti permanentis sententia nõ sit necessaria. Immo ipso facto: & sine aliqua sentẽtia bona ei⁹ possit occupari: & ad manus nostras reduci. Et p nos aliis cõcedi: et tanq̃ de rebus nostris: et fisci nostri disponi et ordinari Cum etiã et sic hactenus fuerit assuetũ fieri in toto dicto regno siciliae. Quam declaramus pro lege: & eam mandamus in toto dicto regno inuiolabiliter obseruari.

¶ Et sic sunt correcta iura libri pheudorum in titu. si vass. pheu. princ. c. i. & . c. vass. culpam. si de pheu. cont. fu. quatenus loquantur de culpa in dñum commissa in crimine laesae maiestatis. Et ar. glo. tam, in l. si. C. de re. do. q̃ in. l. omnino. C. de inoffi. testa. Et dicta bar. in. l. in°. ff. de interdictis.

¶ ET QVIA. ET haec est etiã regis martini. Et hęc pars extracta extitit a sententia lata contra dominã antoniam vxorem magistri nicolai carta. lata anno domini. M. cccLxxxxv. quinte inditionis.

¶ LÆSÆ MAIESTATIS. An in hoc crimine, et hęreseos bona applicentur, et acquirantur fisco ipso iure, vel sit necessaria sentẽtia iure ciuili. Tradit bar. in. l. impf. ff. de iure. fi. Habes p ãdre. de iser. in titu. de vas. decre. eo. circa fi. i. col. vide bal. in. l. q̃ se pris. C. vñ. li. in ij°. car. i ver. & collige ar. fm odof.

¶ PHEVDALIVM. Et quia mentionem de agnatis, adde q de pheudo paterno, & átiquo intelligatur. Sed hic frustra de hoc qritur, qa infra declarat hoc optinere in quocunq pheudo, siue antiquo, siue nouo sed si hic nõ fuisset additum nõ fuisset interpretatum de paterno, sicut in simili arguit bal. in .c. si vassa. culpam. si de pheu. cont. fu. Sed an excludatur substitutus. vide .l. statius .§. fi. ff. de iure fi.
¶ COGNATOS. hic est contradictũ .d. ãdre. de iser. in cõsti. vt de successionib⁹ circa pnc. sup ver. vl ab alijs, & de vas. de cre. c. i. ver. sed hec q̃stio, & bñ vide infra remissa. vide .q. an viro cõmittente feloniam apiat pheudũ dotale p eundẽ ãdre. de iser. in titu. d ca. cor. c. i. ad fi. vide tex. in titu. si vas. pheu. priue. c. i.
¶ EXCLVSOS FORE. cõtra dictũ ãdre. de iser. in titu. de his, q pheu. da. po. in q⁰. pte. in ver. sed. alij idẽ.
¶ SEV NATVRÆ. Vtrum aũt agnati, & cognati, erant exclusi p felloniã, vel crimẽ læsæ maiestatis cõmissum p dñum pheudi? Vide andre. de iser. in titu. de his, q pheu. da. po. in q⁰. carta. in ver. sed alij idẽ dicũt & ibi fiũt remissa. vide bar. in .l. i. ff. d interd et.
¶ INNOTORIIS. Sed qd de iure, an notorijs rebellibus auferat fiscus bona, sine sentẽtia? Vide andre. de iser. in titu. q⁰ tem. mi. §. sancimus circa pnc.
¶ NECESSARIA. vide bar. ff. de iure fi. l. impf. Vbi tenet q sit necessaria sententia, licet nõ loqtur in notorijs rebellibus, sed in reis criminis lesę maiestatis Item ibi in bonis burgensaticis, hic in bonis pheudalibus, vt supra in princ. declarauit. In quibus dominus habet directũ, & pheudatarius vtile. Quod ius est quasi temere et de facili perditur, et cõsolidat directo pp felloniam. Et ideo non est necessaria sententia. Fmea, quæ singulariter tradit andre. de iser. in titu. quo tem. mi. circa .i. col. in ver. sed si hoc verum esset.

PRAGMATICA REGIS MARTINI

CONTINVA a la nostra audientia puinne q̃relosa demostratione: che molti nostri subditi siciliani sonno vexati in li giudicij plite: & q̃stione ãtique Dili quali alcuni nõ siponno bẽ defendere: che perdero loro priuilegij: documẽti: & scripture: et etiã testimonii in li turbini del guerre: et mortalitate passate. Alcuni remanendo orphani: seu pupilli. & altri li quali hanno titulo: et causa di altro: nõ sanno le ppie: et valide defensiõe: et cussi per vetustate di tẽpo: poi di molti affanni: lite: et dispese: et che sonno lacerati in li giuditii per ignorãtia di defensione: pdino le q̃stione: sup quo volendo cum benigna puisione dare termino debito ale q̃stione di nostri subditi Et essendo potissime certa la nr̃a excellẽtia che in anzi lo nostro felici aduẽto in lo regno pdicto fu per spatio di anni xv. cõtinui: et piu tranqllo: et quieto stato in sicilia: in lo qual ciaschiduno potti vsare sua raxone: et cõsequitare suo dritto: Et puro in li castelli: et vndi forsi la potẽtia di potire occupare repugnaua la executiõe potiano pstare: et far li altri atti ordinati dala raxone. Prouidimo: & p la pñte cõstitutione ordinamo cũ cõsiglo: et cõsensu di li reuerendi prælati: et notabil conti: et baroni: et xvi. dele vniuersitate del regno prædito: che omni pscriptiõe sia finita p spatio di anni xxx. Itaq omni raxone omni actiõe de qualunq causa sia tãto beni pheudali: quanto burgẽsatici: Dili quali: et p li quali di xxx. anni za nulla sia stata liti legitime cõtestata: ne fatta pstatione secundo e di raxone: etiã si sia actione psonale: et ancora ypotecaria p lo edicto dela pñte cõstitutione in tutto summota. Et nulla dele cause pditte di xxx. anni vltra sia audita in alcun giuditio. Le altre tamen pscriptione di .x. anni: in xx. anni: restino in lo firmamẽto secundo la disposicion dela raxon cõmune. Et q̃sta pñte constitutione: volemo che habia loco Et sic deo propitio imperpetuum in lo regno nostro di sicilia.

¶ Hęc pragmatica tracta est ex cõstitutione Consuetud. nem in titu. de præscrip. li⁰ q⁰. consti. & videtur fundari in psũptiõe benefi. per tantum tempus per not. similiter per bar. in .l. fi. ad finem. C. vnde vi.
¶ CONTINVA. et hanc cõstitutionem a rege nostro martino editam esse constat, super pscriptiõe triginta annoꝝ. Et dotabimus eam de his, q̃ pertinent ad materiã pscriptionis. Et primo notandum quod p pscriptionẽ tollitur tantũ obligatio ciuilis, remanente naturali. Ita scriptũ relĩqt bar. per gui. de cuneo in .l. cum quis in vij. col. ad fi. C. de iuris, & fac. igno. bal. etiã ibi tractat in viij. col. in ver. quantũ exemplũ de naturali sola. An aũt in corporalia. pscribantur. vide bar. nostrum in longa .ff. de mor. infe. Et ibi dicit q vbi qs habet rẽ cũ puilegio, q nõ possit pscribi. Not. etiam q pscriptio, & etiam cõsuetudo non extendit se vltra id, quod agitur. Ita not. bar. in auten. qui rem. .C. de sacro san. eccl. Et inde est q dicit bal. vnũ, qđ putat nota. dignũ in .l. nõ dubiũ .C. de legibus, vt refert ibi dñs meus Quod licet statuta, & cõsuetudines recipiant interpretationem progatiuam, pscriptio tñ nõ extenditur, nunq progatur. Quia constat ex actibus limitatis, vbi non potest forma extendi per .l. p. §. iulianus .ff. itin. actuq. pri. Facit q not. Inno. in .c. dilecto extr.

dilecto extr. de offic. archi. Vbi præscriptio inducit iurisdictiones in actibus, in quibus statuta est pscrip/tio. Vide dictum Cy. in .l. ij°. in 4.q.C. quę fit lōga. con. Et q in corporalia non prescribebantur, vt modo dixi, est quia non possidetur, vt not. in .l. seruitutes, per tex. glo. et doct. ff. de serui. Quod est verum per se, sed rationem rei corporalis, cui adijcitur præscribi possint. Vt ibi no. Et bene facit .l. si ædes. §. fi. in fi. .ff. de serui. vr. predi. Et aliqua circa prescriptionem, vide per bar. in.l.p°.§.fi. cum .l.ij°.ff. de aqua plu. ar. et in .d.l. seruitutes. el grandi, et ibi plene per .d. flo/re. ℭ An aūt præscriptio impendiat litis ingressum. opposita ab initio solent meminisse doctores, et bar. in .l. fratris .C. de tran. et bar. et ang. in .l. emptor. .C. de præscript. longi. temp. et ibi etiam per Iaco.de bu. in .l.i. et in .l. fi. ff. pro suo Et concludit q sic.Et an iudicatio per errorem inducat prescriptionem,etiā in malafide possesore. Vide bar. in .l. electio. ff. de noxa, ac. Et an erroneus titulus det causam præscri/bendi, et alia circa præscriptiones vide Inno. in .c. si diligenti glo. Iestus extra. de prescrip. ℭ Item secun dum andre. de iser. in prescriptione sufficit allegare titulum, in preambulis li. pheu. in ij°.q. ibi, item so/lum temporis spacium, et in ver. sequenti, q incipit, qsi vero confitetur an, et qsi iure obedientiæ faciendæ possit præscribi. ℭ Item prescriptio dicitur iniqua, et est iusta. Secundum Inno. in.c.pastoralis circa fi. ex/tr. de offic. dele. ℭ De prescriptione contra regem, seu curiam, et fiscum. Et de prescriptione ecclesię cō/tra, fiscum, et laici contra ecclesiam per andre. de iser. habes in prohemio consti. in xi. col. in ver sed quan/to tempore posset regi, et cęt. Vide Cy. distinguentem in .l. p°.C. de quadrie. præscrip. ℭ An aūt ad inter/rumpendam prescriptionem requiratur litis conte/statio, vel sufficiat sola citatio, aut libelli oblatio sine litis contestatiōe vide bar. in.l.accusatorus.ff. de adul. Oblatio tñ libelli offerri potest solummodo ad effectū impediendi prescrptionem, et non procedere in causa vt voluit saly. in .l. ij. viij. col. in princ. C. qui ac.nō po. Nam oblatio supplicationis principi facta facit interruptionem prescriptionis, sicut litis contestatio, vt habetur in titu. qsi li. prin. ob. con. fi. per opposi/tionem aūt exceptionis nō tñ fit interruptio pscrip/tionis secundum Inno. in .c. cum dilectus in glo. vl/latenus extr. de or. cogni. Illud tñ scias, q vbi ius au/fert agendi potestatem temporalis prescr.ptio nō cur/rit no. glo. vbi ad hęc allegat plura iura in auten. de sanctis epi.§. si vero episcopi, vel cler. in glo. p°.coll. viij. Et est tex. in .l. p°. ad fi. C. de an. ex. ℭ An ve/ro ostilitas, et belluni impediat cursum præscrptionis est Inno. in.c. extransmissa ad fi. extr. de præscrip. Et dic tempore pestilentię, fismatis, et belli vide bar. in .l. naturaliter. ff. de vsucapi. Ibi,quæro an ista vsuca/pio & cæt. ℭ An requiratur scientia eius, contra quē prescribitur, et aliquid circa prescriptionem vide bar, in præall. l. seruitutes,.ff. de serui. vide .l.fi. & .l. ma/lefide .C. de prescrip. longi. temp. ℭ De præscrip/tione l bertatis, et de hac,prescriptione triginta anno rum. vide bar. in .l. seruitute .ff.q ad modum ser. Itē de hac prescriptione xxx. annorum, q non tollatur, etiam si dicat lex, nulla prescriptione obstante, est glo. & bal. ibi in titu. de ca. cor. .§. præterea, etiam si sit malefidei vt in auten. malefidei in fi. C. de præscrip. tri. an. Et tenet glo. in .l. pomp. §.cum quis, & .§.ti. .ff.ide acqui. poss. & ibi bar. Est etiam glo. in .c. per/uenit extr, de cen. tenet glo. in .l. ius emp. C, de fun. pa, li°. xi° Tenet Ang. in .l. p°. C. de an. ex. et tex.et glo. in .c. si quis per triginta annos fi de pheu. fu.con. Etiam si malafide accipiatur a domino seruitium vas/salli. Secundum omnes, et andre. de iser. et in . §. 1. qui ex. ca. pi. a. Licet iure canonico secus per .c. si di/ligenti extr. de præscrip. Licet bal. dicat speciale in pheu. vt etiam malafide prescribatur pp seruitia quæ recipit dominus a vassallo. Tñ non negat. q etiam si/ne seruitio prescribatur etiam malafide. ℭ Circa hác tñ pragmaticam fuit nouiter inter nos iudices magnę curiæ deliberatum, & disceptatum An haberet locum stante male fide. Et dum ego fortiter tenerem q non, et in aduersum essent omnes Collegæ firmantes se ex iure communi q firmare videtur hęc constitutio, et tñ trutinata, et examinata disceptatione in consilio do/mini viceregis secundum meam opinionem declara/uerunt, et pronuntiauerunt hanc pragmaticam non obtinere stante malafide. Et ita fuit nobis mandatum vt id in decissionibus causarum seruaremus. Ad hoc ipse mouebar expreambulo constitutionis illis verbis chi perdero loro priuilegio, documenti, scripture, et te/stimonij, et altri li quali hanno titulo, et causa di altro Et ibi, per ignorantia di defensione perdino li quęstio/næ Quod loqui videtur in præscriptionibus bonefi/dei, et in habentibus, vel qui habuerunt iustum titu/lum, et consequens se confert cum iure canonico. in ij°. c. de reg. iur. li° vi°. & per.c.fi.de rescrip. Et ideo caute dicere tacuit infra q confirmetur ius ciuile, li/cet hic videatur se conferre cum iure ciuili nisi quan/tum innouat de tempore ypothecariæ actionis, quæ iure communi xxxx. annis contra debitorem durabat .l. cum notissime .C. de pre. tri. an. Tñ non est in eo q ius ciuile vult malefi. possessorem præscribere. Ita mihi visum fuit, & est secure sentiendum, maxime quia hæc pragmatica edita fuit consilio prælatorum, qui non consensissent de malefide possessore in præ/iudicium animæ principis, & sui. Quia sic induceret, et foueret peccatum per .c. pall. vlti. de prescrip. Ma/xime etiam quia leges ciuiles, quæ de hac prescriptio/ne cum malafide loquuntur. sunt correctę per ius ca/nonicum, vt meminit bar. in .l. priuilegia, C. de sa/cro san. eccl. & no. addi in .d.c. ij°. de reg. iur.li°.vi°. ℭ Dicebam tñ tunc vnum, q nunc esset verum inter ortodoxos, vbi de preiuditio animarum agitur, secus si essent iudei, vel alię gentes hæreticę secte. Quia in/ter eos etiam cum malefide præscriberetur spatio tri/um annorum, secundum ius ipsum ciuile, secundum quod viuere debent. ar. ex. l. iudei. C. de iudeis. Et scripsi ad bal. de hoc in titu. de pa. iur. fir. §. item sacramenta, quia tales personæ non continebantur in dispositione huius pragmaticæ, quatenus in ea

.s. agitur bona fide. ℭ Sed si hęc generaliter loqtur, et tñ intelligitur de bonefide possessore. Ergo compręhendit etiam iudeos, quia hęc dispositio est principis, sub cuius iurisditione continentur iudei, Et sic effectum etiam, quo ad iudeos, erit correctum ius ciuile, ratione iuris canonici, Sed per hanc pragmaticam sicut in simili concludit bal. in .§. item sacramenta, in ver. sed hic cõtra, vt ibi notaui. ℭ Nisi velis, & inepte diuersimode intelligere, vt quatenus loquitur de christianis intelligatur cum bona fide, quatenus añt de iudeis ꝙ sit simpliciter statim, siue cũ bona fide, siue mala iuxta ius ciuile. Sed securius est, & rectius, vt aequaliter vtrunq; comprehendat sub bona fide. Et sic tenebit iudeos Et videtur mihi hanc constitutionem tacite inducere pręscriptionem bonafide, in eo, qui tanto tempore possidet quiete, sine alicuius contraditione. Ex quo pręsupponit titulũ ad fuisse .s. priuilegiũ, scripturas, testimonium, vel testes, & non posse offendere post tantũ tempus. Vnde vult ꝙ si tanto tẽpore possiderunt, nõ compellantur, vel grauentur ostendere se si ostendisset tanto tempore titulo possedisse. Quia titulus cum possesione arguit bonam fidem secundũ Inno. in .c. cum venisset extr. de integ. resti. in 4. col. Et hic praesuponit titulum praecessisse, atq; ita praesumitur tenuisse tanto tempore bona fide. Et ita videtur loq de eo, qui per xxx. ãnos bona fide possedit, Quia pręsumitur ex pręsumptinoe titulorum. Non tñ nego quin possit probare contrariũ .s. de malafide, quo casu cessabit ista praescriptio. Et sic effectiue reducimus ad ius canonicum in .c. ij°. extr. de reg. iur. ℭ An añt currat praescriptio ei, cui competunt plura remedia, si interim vno agit, & de eo, qui non potest agere Dic vt per doc. Cy. & rapha. in .l. contra maiores. C. de inoffi. testa. An pręscriptio contra principalem currat contra haeredem ? vide bar. in .l. stipulatio .§. si quis forte .ff. de ver, obl. ℭ Item circa pscriptionẽ vide aliqua per cy. in .l. ij C. de preci. & ibi per bal. & doctorem meum, q etiam tractat an tempore dilationis per pncipem currat praescriptio. ℭ TRENTA. Dicit glo. ꝙ tutus. exceptione triginta annoꝝ si soluat repetere potest in .l. fi. ff. rem ratã habere, in glo. fi. Et subdit TANTO BENI PHEVDALI. Quęro an contra curiam .i. directum dominium vide andre. de iser. in titu. Si de pheu. cont. fu. c. si qs per tri. vide glo. in .c. fi. in titu. de pheu. dato. in Sed contra curiam est tempus .c. an. secundum consti. in constitutionem quadragenariam. in titu. de pręscrip. vide bal. c. i. §. quidam de pheu. da. in vi. ℭ IN TVTTO SVMMOTA. audiui iudices magnae curiae dubitare Num haec praescriptio currat etiã contra pupillos, et quasi magis inclinabant quod sic, pro eis facit ꝙ hic circa principium ponitur de pupillis, super his vide bar. circa fi. in .l. fi. C. in qui. ca. in integ. re. non est neces. et .l. etiam. et .l. ij. ff. de mi. et bal. in .d. l. fi. qui videtur concludere pro opiniõe iudicum. Vbi allegat .c. constitutis de in integr. re. ℭ Quod non puto verum. Contra illos enim ipso iure non currit praescriptio vt .l. sicut. ver. sed pupillari .C. de prescrip. tri. an. Et certum est ius municipiale a iure communi recipere limitationem, et interpretationem declaratiuam ar. ex .l. nam, et posteriores .ff.

de legi. et glo. not. in auten. de test. §. si enim scriptum. super ver. assummantur Et cum ista constitutio sit correctiue, stricta venit interpretanda .l. ꝙ vero .C. de legi. et .c. odia de reg. iur. li°. vi°. Et de his praescriptionibus contra priuilegiatas personas habes in .c. i. extr. de in inte. resti.

ℭ Sed occurrit dubitare an praescriptiones, quae non currunt minoribus, non currant etiam in ecclesia. Et dominus meus dicit currere in auten. qui rem huiusmodi .C. de sacro. san. eccl. et remittit se ad .l. finalem. in qui. ca. in integ. resti. non est. ne. Post haec vidi quandam notam meã postremo positam in haec verba. An haec pragmatica comprehendant pupillos .i. hęc praescriptio triginta annorum praeiudicet ipsis et videretur quod sic. Quia illos in exordio nominat ergo in decisione compręhendit. Sed certe illa nominatio fit ibi in suum fauorem, Et si comprehenderetur in decisione retorqueretur in eius odium .C. l. nulla. de legi. et .l. ꝙ fauore .C. eo. ℭ Item ad hoc ꝙ pręiudicet facit dictum bal. in .l. fi. C. in qui. ca. in integrum resti. Non est necesse, quia statuendo inducta praescriptio, ad hoc vt videtur aliquid inducere, Vltra ius commune, currit contra omnes, si indistincte loqtur Puto, etiam . s . in principio semper putaui contrarium, ex quo vidi hanc pragmaticã, vt supra scriptum est, quia intelligo currere secundum ius cõmune. Non obstat dictum bal. quia intelligitur qñ praescriptio de nouo inducitur, Non qñ statutum statuit id, quod est de iure communi, quia illud intelligitur secundum ipsum ius commune. Nec conuenit ꝙ statutis dandus est intellectus, vt aliquid importet vltra ius commune, vt notaui in prima facie consuetudinum syracusaꝝ. Quia hic addit de pheudis, et ypotecariaꝫ. Quo añt ad praescriptionem triginta annorum nil innouat, et sic ypotecaria cessabit etiam contra pupillos.

ℭ Non obstat ꝙ facta est inuentio pupillorum, quia vt supra dixi, fit in eorum fauorem. Sed certe, hoc ad praescriptionem triginta annorum videtur in aliqͣ innouare, quia requiritur bona fides, quae non est ex iure communi. Sed certe hic non dicit pragmatica. Sed hoc dicitur ex interpretatione prudentum ad euitandum peccatum.

PRAGMATICA REGIS MARTINI

Item ꝙ omnia et singula priuilegia cuiuscuꝗ gratiæ: et cōcessionis sint fiant in debita: et antiqua forma. Et si forte aliq̃ clausulæ cōtra formā iuris fuerint posite sub quacūꝗ forma priuilegiis factis: aut ponerenť de cetero priuilegiis faciendis: Intelligantť: in eis: iuribus alterius semper saluis: et quod habeatur pro nullis. Et iudices non teneantur secundum eas iudicare: sed secundum iuridicam: et dictam debitam antiquam formam præsentata syracusis xiii. iulii. iii. Inditionis placet regiæ maiestati.

¶ Hoc fuiť vnū ex capitulis p̃sentatis regiȩ maiestati in generali parlamento syracusano regi martino, qui ipsum acceptat vt stat, vt patet in responsione.
¶ SEMPER SALVIS. Facit notabiliter ad hoc extr. de rescrip. c. quanuis li°. vi°. & ꝙ not. ādre. de iser. in titu. q̃ succ. te. in vi. col. & ver. et hoc dum modo &cȩt. Et etiā qa p̃ncipis rescriptū debet intelligi sine interesse tertij. sine preiuditio, & iniuria alterius vt dicit glo. ad fi. ff. de consti. princ. & p .l. ij. §. merito, & .§. si qs a principe. cum simi. ff. ne qd in loco publ. Et .l. nec auus .C. de eman. libe. alle. archi. extr. de offi. dele. super eo, & de offi. ord. licet. Et facit ad questionē de p° creditore, cū post pactum danno petendo, factū est pactū de petēdo. Quā not. gui. in spe. de pactis. ver. sed ecce. Verbi gratia obligaui tibi bona mea, fecisti mihi pactum de nō petendo, certe hic casus secundus erit potior p̃mo. Et ex quo intelligitur iuribus alterius semp saluis, videtur corrigi, & limitari .l. bene a zenone. Et andre. de iser. bene meminit in titu. q̃ sint regalia. Et ꝙ intelligatur in concessionibus alterius ius exceptum, scripsit etiam idem andre. de iser. de pheu. da. in vi. c. si qs inuestiuerit post p̃nc. Sed hic hoc plusculum operatur hæc responsio principis, ꝙ ita semper debet intelligi quantumcunꝗ verba principis aliud inducerent. ¶ Et vidi huius nostri religiosissimi principis regis alfonsi capitulum, & memoriale factum viceregibus suis, ꝙ non obstantibus quibuscūꝗ verbis, & formis litterarū, nunq̃ intelligatur disponere cōtra iustitiam, & iura cōmunia ¶ Præterea idem princeps noster Alfonsus fecit aliquas ordinationes nouiter in hoc regno, in quibus reperio me nihil scripsisse, nisi dūtaxat in vnā tantū. Illā ergo mō subijciā, & erit finis circa pragmaticas, Sed p̃mittam vnā aliam, q̃ est pertinens ad nos iudices magnæ curiæ, vt semper ante oculos habeam. licet nil in ea scripsissem, Et deinde ponam illam, quam dixi.

PRAGMATICA REGIS ALFONSI

QVIA circa receptionē: & examinationē testiū ꝑducendoꝝ sup causis in nr̃a magna regia curia ventilandis necessariū ꝓuidendū fore censemus ne ab aliis quā ꝓbis: & expertis: et ad talia sufficientib⁹ recipiantur. Ea de causa statuimus: & ordinamus: ꝙ testes ꝑducendi super q̃buscunꝗ q̃stionib⁹: seu causis ciuilib⁹ ab vnciis centū vltra Nec minus in criminalib⁹ vbi venit imponēda pœna capitis: deportatiōis. aut membri debilitatiōis in locis q̃ b⁹ nr̃a magna curia p̃esť: examinenť: & recipianť diligēter: Et p vnū ex dictis magnæ curiæ iudicibus. Verba aūt substātialia testiū prædictoꝝ in vulgari sermone ānotentur ꝑ vt ipsi testes deponēt. Ac etiā vnius cui⁹cunꝗ testis dispositio per extensum describatur quantum cum aliis sit consimilis: & minime dicatur talis dixit: vt talis dixit: vt talis prout hactenus consueuit ¶ Rex Alfonsus.

¶ Post hāc sequunť, in eo volumine, q̃d cōtinet pragmaticas ōnes, duȩ circa hāc materiā notabiles, et mētī tenēdȩ, ꝑp quotidianā obseruantiā. In quaꝝ vna statuit vt in alijs causis, nō ita grauibus p cōmissarios testes, & semp p extēsum recipiātur sine interuentu iudicis magnȩ curiȩ, & hic etiā vbi residet magna curia. Vbi aūt essent extra locū magnȩ curiȩ recipiēdi testes, vult ꝙ in causis arduis in p̃cedēti capitulo contentis, recipianť p cōmissariū interueniēte iudice loci. In alijs causis solus commissarius sit. In alia aūt ordinatur ꝙ postq̃ē p extēsum recepta cuiuslibet testis dispositio, & scripta p ipsos iudices, vel cōmissarios ipsi testi legatur sua dispositio, & possit addi, vel corrigi incōtinēti illo p̃sente. & inde scribat in fine testis lecta ratificauit. Et in quantū loqtur de iudicib⁹, illud intelligere videť, qñ cā esset ardua, & criminalis, & capitalis, & testes essent in locis, vbi est magna curia vt dicitur in .c. si vero predicta. in ver. si aūt contingerit.
¶ CONSVEVIT. Bal. ff. de iure deli. in .l. fi. §. i. & in .§. ꝙ incipit in refutatorijs .C. de ap, & .l. incipit ampliorē: vbi not. & doctrinalis tex. ē circa illud no. ꝙ breuitas cōmendať, sed obscuritas vituperať. Dicit ꝙ hoc facit ad q̃stionē notarius scripsit extēse dictū primi testis Deinde scribit dicta alioꝝ testium sub hac forma. Idē testificatus est seius, q̃ritur an valeat scriptura. Et arguit ꝙ nō, qa notarius debet scribere p cōtinentiam litteraꝝ vt supra de testi. autem. hoc inter liberos Item quia ista sunt verba notarij non testium. Item testis non possunt redargui, cum posset intelligi duobus modis hȩc scriptura, scilicet quo ad mentem tantū, & quo ad verba. In contra est consuetudo, & Ioan. andre. extr. de verb. sig. nihil obstat. in nouella dicit bal. Ego puto dicit bal. ꝙ debeat mandari notario ꝙ extendat scripturā suam saltem in causis

grauibus,& magni ponderis, Si tñ hoc fieri nõ poteſt qua notarius, puta, eſt mortuus. Puta talia verba in telligi de cõſonãtia verboꝝ, qa mentẽ teſtiũ notarius nõ poteſt ſcribere,ſed ſolũ id, qđ audit expreſſe. Bal. & hoc etiã ſcripſit in comẽto đ pace cõſtantię,in ver. idem facta. ad fi. operis Et poſui in repertorio in ver bo regis,in ver. bonum tamen eſt. Et bar. etiam te net hoc fieri non debere quaſi ſit vnus idem praeme ditatus ſermo,q ſuſpicionem inducit. in .l.iii.§.ideoq in fi. ff. de teſti.

PRAGMATICA REGIS ALFONSI

ITEM VVLT: quia pp allegationẽ guidaticoꝝ ratione dictæ ſuæ regiæ impriſæ:ſeu armatæ: q̃ tanto tẽpore durauit:& ad huc durat:Multi priuati omnib⁹ bonis ſuis: ſeu maiori parte nõ valentes iuſtitiã cõſeq obſtante guidatico quaſi cõpellunt̃ mendicare: Quod declaretur: ꝙ volentibus petere omnia bona ſua: aut medietatem eorundem: Non obſtet exceptio guidatici. Immo in continenti vult ipſa maieſtas ꝙ fiat iuſtitia ſine vlterio ori conſultatione:etiam ſi ſint pheuda: caſtra:aut comitatus.Fenollenda ſecretarius.

¶ Extractum eſt hoc.c. ex originalibus inſtructionibus,& capitulis regijs exiſtẽtibus inpoſſe magnifici,& potentis dñi viceregis. date in ciuitate gaetę die viij°. februarij iq. ind De mãdato dicti dñi p me Ioannẽ de aprea regiũ ſecretariũ Et hoc dicit in ſũmma. Petenti tãtũ,q̃ntũ, habet in bonis,vel ſaltẽ medietatẽ illoꝝ nõ obſtat exceptio guidatici,hoc dicit, Licet confuſiſſime poſita ſit hęc puiſio ſed ita vt dicat̃ intellecta,& obſeruate ẽ. Vñ ſi habeo in bonis meis cẽtũ poſſũ exceptio ne guidatici petere qnquaginta,i.bona tantũ valentia,

¶ PRIVATI. Intellige ſane, qa nõ poterãt cõſequi quod habent,& ſic quaſi priuari dicuntur,dum agere. proſequi qnia ius ſuum prohibentur ex guidatico, & ita fuit interpretatum in magna curia.

¶ SVIS. ideſt ſibi qualitercunq; debitis,& ita intellige etiam infra bona ſua.

¶ MENDICARE. Hęc ratio refertur ad eandẽ quod .s.poſſet aliqbus cõtingere. Nõ tñ ꝙ ſit finalis, vel nõ eſt cauſa principaliter mouẽs,qa ſtatim determinat certo mõ.Et ille eſt attentendus,maxime qa infra ſubdit de caſtris, & comitatu Vel dici ꝙ ideo poſuit. quaſi cõpellunt̃,quaſi,qa nõ vere, ſed quia nõ habent ẽm cõditionẽ ſtatus ſui, videntur quaſi mẽdicare .i. paupere viuere, & recte dicitur, ꝙ paupere degit vitam,q non habet quod ſuę conditioni,& dignitati par eſt. Et licet ratio,q̃ mouet pncipẽm ſit particularis,quo ad quaſi mẽdicare, valentes tñ puiſio generaliter eſt. Et puidet omnibus indiſtincte q petũt tãtum, quantum tenent .i. ſufficit ſi petant tantum, qđ valeat medietatem bonorum: quæ tenet ipſe petens. Et potuit vti illo verbo, mendicare, per modum loquendi hyperbotice, atq; ideo poſuiſſet quaſi.

¶ Lodouicus in ſuis ſingularibus quęrit, qđ ſi titius habuit ſaluum conductũ ab imperatore quod a nullis creditoribus ſuis hinc ad quinquẽnium poſſit moleſtari. An intelligatur quod non poſſit conueniri a creditoribus ſuis ratione delicti? Dic quod non,iſtud eſt verbum ſingulare gui. de cu. in .l. ſed ſi ex parte .§. quanquam . ff. quod cum eo, & .l. ſi rerum . ff. de re. iud. Probat per eadem iura optime probantia.

¶ OMNIA BONA SVA. Id eſt tantũ,quãtum velent omnia bona ſua,quę tenet. Et ita addit,de medietate Verbi gratia ſi habet in bonis centũ, & petitiu ſit tanti valoris,vel ſaltẽ medietatis ſcilicet vntias qnquaginta pcedet petitio. Et ſic ſiue petat centũ ſiue qnquaginta, Ita interpretatũ, & obſeruatũ eſt in magna curia ſed certe clarius,& expeditius poſuiſſet,ꝙ petenti centũ quantũ vʒ. habet in bonis, vł ſaltẽ medietatẽ valoris bonoꝝ,q̃ tenet,& poſſidet,nõ obſtet exceptio hic. p vt poſita p ſummario Potuiſſet tñ intelligi ꝙ petenti omnia bona ſua, qa nil habeat, niſi tantũ,q̃ petit,& ſic petit,omnia bona ſua,vel medietatem illoꝝ bonoꝝ,& nõ omnia, vel medietatẽ reſpectu eius, quę habet, itaq; hęc puiſio multos haberet intellectus de p ſe An ſi fuiſſet interpretatio ſupradicta,ꝙ petitio bonoꝝ,refertur ad bona q̃ poſſidet q petit,vt ſi petit tantũ quantũ habet,vel petit medietatẽ eius, quoq habet, nõ poſſit apponi excepto guidatici. poſſet fieri dubitatio,an reſpectu bonoꝝ q̃ tenet hic in regno,an vbicũq; habeat,Et videt̃ intelligi vltimo vbicũq; ꝓ i fauorẽ guidatici,Licet fauorabilior ſit cã pñtis puiſionis,q̃ reducit rẽ ad debitũ iuſtitię, ad quã pnceps õnino tenet̃

PRIVILEGIVM TERRE AVGVSTE

ITEM la dicta vniuerſitate di auguſta petiſ: Da che al ſignor Re haue piaciuto atalche la ſua terra di auguſta ſi habiti ni fazi pſto ſpachare lo priuilegio che lagenti chi venino ad habitare in la ſua terra di auguſta infra lo tẽpo: che ipſo li haue dato che ſi digiano pagare: che di illa vndi partino: nõ pozano eſſere cõſtricti li ſoi beni:& li ſoi plegii: che ipſi hauiſſiro: fina alo tẽpo ordinato: che voi li darrite Et che li priuilegii ſiano facti di za ad octo iorni. ¶ Placet regiæ maieſtati quod veniente de nouo ad habitandũ in dicta terra ſint aſſicurati: & affidati: ꝙ nõ poſſint cogi:& cõueniri:ad petitionẽ cui⁹ piam:de criminib⁹ q buſcũq;. Præter crimina cõmit

tentes læsæ maiestatis: pdictores: hæretici: sodomitæ: fractores itinerũ: seu viaꝝ: fabricatores falsæ monetæ: & homicidii: ¶ In ciuilib⁹ vero placet regiæ maiestati: ꝗ cocedat moratoria ipsis venientib⁹ ad habitandũ in dicta terra: Et his: qui venerũt ad habitandũ postq̃ dñs noster Rex habuit possessioné ipsius terræ octo annoꝝ: itaq; ãno quolibet debitor ille soluat octauã partem debitoꝝ suoꝝ suis creditorib⁹: numerãdo a die: quo accesserit ad habitandũ in dicta terra Et si in aliquo ãno defecerit in dicta solutione dictæ octauæ partis: nõ gaudeant: nec fruantur priuilegio moratoriæ pmissæ. interim seruando solutiões pdictas: debitor ille sit affidatus: ꝗ nõ possit cogi: nec cõpelli. Nec fideiussores sui: quocũq; accedãt: et in bonis ipsoꝝ debitoꝝ p totum regnũ nulla possit fieri executio vbicũq; persistant: nec expignorari durante octennio prædicto. ¶ Exclusis tamen inde quibuscunq; debitoribus mercatorum cathalanorum: ianuensium: ventoꝝ: & alioꝝ exteroꝝ. Qui debitores mercatoꝝ prædictorum nullatenus assicurarentur in terra prædicta.

¶ AD HABITANDVM. Quomodo intelligitur habitare, & pro quanto tempore. vide .l.i.§. habitare añt, & ibi per bar.ff. de his qui de se. vel. & .l. habitatio .ff. vtrum .ff. vsu. & habi.

¶ DE CRIMINIBVS. Nota de criminibus qa respectu rerum, sic & ꝗ dicit cuiuspiam .s. priuatę persone secus si delinquitiet in officio, & requireretur nomine curiæ per inquisitionem.

¶ QVIBVSCVNQVE. Intelligo intra, infra territoriũ cõmissis, ꝗ pũlegio est cõcessum loco, & respectu loci iuxta tractata p bar. in .l. fi.C. de consti. pnc. Et nota qa respõsio pncipis est latior capitulo, & petitione Immo si cõmittitur crimẽ alibi ab habitantibus remittantur ad augustã, qa habent pũilegiũ cataniæ, si intra cõmittitur crimẽ habẽt iudicem augustæ, & de his nõ loqtur hoc capitulũ. Sed de his tantũ forensibus, q cõmiserunt debita alibi, & veniunt augustam, & se ibi saluant occasione habitationis.

¶ MORATORIA. An renuntiãtibus huic pũilegio denegatur hoc bñficium. Videtur ꝗ nõ, quia iuri futuro renuntiari neqt .l.i.C. de pac. Et tradit bar. ff. de cur. bo. dan. l.i. Itẽ qa hoc publicã vtilitatẽ est pncipaliter inductũ, nõ in priuatũ fauorẽ venientium Et ideo nõ potest iuri publico renuntiari sicut dicim⁹ in clerico .ff. de pac. l. ius pu. et .c. si diligẽt. extr. de foro. compe. et .l.iij⁹.ff. de testa. Et ita vidi factam interpretationẽ, & declarationẽ p consiliũ regiũ in fauorem huius pũlegij, etiã si specifice fuerit renuntiatum Sed cũ hęc sit qdam moratoria, nõ videt cõcedi posse, nisi pstitita fide iussione, quã etiã p pũilegiũ pnceps remittere neqt, vt glo. singul. not. in .l. vniuersa .C. de preci. imp. offe. Audio ꝗ Cy. in .l. quo. tn. eo titu. tractat, & refert ꝗ possit, tñ si cõstat ꝗ in fraudẽ qs se fecit ciuẽ augustę. nõ opitulabitur sibi Deceptis enim nõ, decipientib⁹ subueniedũ est. Et ita vidi terminari in magna curia cõtra qndã mattheũ d bitõti. Qui cogitata fraud dũ habitaret nothi, ibi cõtrahẽs bñ trigintas mulos ad credentiã emit, d inde se habitatorẽ augustę fecit, & volebat pũilegio se tueri, nõ potuit. Maxime qa nothi cõtraxerat. ar. l. heres abses. §.i.ff. d iudi.

¶ Hoc .c. præcedens terrę augustę, & cęterarum terraꝝ sicillę per nouissima capitula regis nostri Alfonsi sunt penitus sublata dato tñ ipsis guidaticis sibi aliter prouidendi termino quadrimestri.

PRIVILEGIVM CIVITATIS AGRIGENTI



PLACET regiæ maiestati ꝗ ciuitatis agrigẽti possit dare venientib⁹ de nouo ad habitandũ in ipsam ciuitatẽ dilationẽ annoꝝ decẽ: ad soluendũ eoꝝ debita: Ita ꝗ soluãt creditoribus in quolibet anno decimã partem dictorum debitorum. Et si cessauerint a dicta solutione: quod cadãt a tali grã: vel dilatione. Et hoc sub incursu regiæ indignatiõis: & iræ: pœnaq; vnciaꝝ .cc. monetæ regni pcepit obseruari: Et tollit potestatẽ agẽdi cõtrariũ

¶ Hæc sunt verba responsiua illustrissimi pncipis regis nostri alfonsi ad capitulũ vniuersitatis ciuitatis agrigẽti. ¶ Hoc añt priuilegiũ habet multiplices ratiõnabiles interpretatiões qbus vtimur Prima est ꝗ debet post cõcessionẽ pũilegij infra mẽsem habitare cũ familia sua in ciuitate. Secũda ꝗ nõ pdest sibi pũilegiũ si cõtraxit ante p mẽsem, & postea cœpit pũilegiũ. Tertia si res habet apparẽtes, .i. existentes, et pciũ, hoc est, ꝗ res nõ sit penes debitorem aliter possit fieri executio in rem debitã apparentem. Quarta ꝗ cessat pũilegiũ, si ante quã cœpit pũilegiũ fuerit executione puentus, vel sententia, & possit cõnumerari Quinta licet illa sit expressa in pũilegio, ꝗ soluat decimã partẽ debiti aliter cadit a pũilegio. ¶ An añt huic pũilegio possit expsse, & specialiter renuntiari Sentio id, qd sup⁹ scripsi circa pũilegiũ terrę augustę, & ita cõclusimus in magna curia in factũ qstione, qa hoc modo possit anihilari pũilegiũ, qd nõ licet, qa est in fauorẽ publicũ introductũ Item qa renuntiaret iuri, quod nõ dicit habere nec competebat, & sic nõ valeat p not. in .l.p⁹.C. de pac. Resultaret dubiũ, ꝗ si specialiter renũtiaret postq̃ acquisiuit. & habuit huiusmodi priuilegium. Cogita. Et puto idem, Ex quo ius publicum est per .l. ius publicum.ff. de pac. Facit .l.iij.ff. de testa.

FINIS

¶ Omnium operũ pheudaliũ dñi Guilielmi de pno]

EXCELLENTISSIMI .V.I. DOCTORIS DOMINI BERNARDI. DE MEDICO, COGNOMENTO SACCURAFA, SVPER CAPITVLO VOLENTES INTERPRETATIO.



VIA In regno siciliæ tã p .c. volentes editũ p sereniſſimũ quõdam regẽ fredericũ glorioſæ memoriæ, q̃ p diuerſas conceſſionũ formas de pheudis factas, quã etiã p ſubſtitutiones inde p barones factas, ſeu diſpoſitas ſæpius dubitatur, q ſuccedant in eis, & qñ curię aperiuntur. Ideo hoc cõpendiũ in his tradidi. Nihilominus annectendo qñ, & qbus perſonis pheudum habens ipſum poteſt inter viuos, vt in vltima voluntate.

¶ De ſucceſſione defunctorum aſcendentiũ: vel deſcendentium.

¶ In primis itaq; ſciendũ eſt q qñq; pheudũ cõceditur alicui, & ſuis hęredib⁹ de legitimo corpore deſcẽdentibus. Aliqñ ſibi, & filijs ſuis, vel liberis eius imppetuum. Et omni enim caſu pximiores gradu ex linea deſcẽdenti ſuccedũt abinteſtato ſexus, & pmogeniturę prогatiua ſeruata ſalua declaratiõe filiorum, & nepotum in ſimul concurrentium De qua infra dicetur.

¶ De ſucceſſione ex teſtamento in prima forma conceſſionis.

¶ Item cũ cõceditur pheudũ ſibi, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, tũc etiã filios habẽs p .c. volentes poteſt etiã extraneo heredi æquędoneo relinq̃re pheudum omnib⁹ filijs excluſis. Salua tñ diſpoſitiõe iuris communis, q nõ tollitur p .c. pdictũ. vʒ. vt filij habeãt trientem, vel ſemiſſem de ſubſtãtia pſis, & etiã de extractiõe ipſius pheudi, & ſi filij non eſſent inſtituti ſm diſpoſitionẽ iuris cõmunis poſſunt rũpere teſtamentũ pſis, & ab extraneo pheudũ abuocare, cũ ſint iniuſte exheredati, vel pteriti, vt patri ſuccedãt abinteſtato. Quia licet princeps conceſſerit baronibus q poſſint pheuda alienare, Nõ tñ ſic debet, vt tolleret iura cõmunia .l. ſi qñ .ff. de inoffi. teſta. Item ſi poteſt extraneo, multo magis ſecundogenito, vel vltimogenito, ommiſſo maſculo primogenito per .c. prædictum.

¶ Itẽ ſi legatur pheudũ extraneo, vel filio etiã iure inſtitutionis ſemp intelligitur ſaluo filij debito baronũ ſubſidio trientis, vl ſemiſſis, ſm naturã liberoꝝ. Alias caetenus reuocatur pheudum, cũ alijs bonis iuxta iura cõmunia. Quia ſi reuõcat p falcidiã, multo magis p debito bonoꝝ ſubſidio, in quo nullũ grauamen poteſt filijs imponi iuxta iura cõmunia. Semp tñ pheudum debet integrum remanere penes vnam pſonam vnde exercitatio datur per eũ, qui maiorem partem obtinet in pheudo, iuxta iura cõmunia. Vt in legato ſeruitutis, de q⁰ detrahitur falcidia .l. ſi is q ad .l. fal. §. qdam.

¶ De ſucceſſione abinteſtato in prima forma conceſſionis

¶ Itẽ ſi baro moritur inteſtatus, tũc ſuccedutur in dicto regno iure francoꝝ, q⁰ pmogenitus pfertur ſecũdogenito, & maſculus fœminę, Et ſi ſunt duę fœminę ambe in capillo, vel ambę maritatę, pmogenita ſuccedit. Sed ſi primogenita eſt maritata, & altera minor in capillo, hęc minor in domo exiſtens ſuccedit. Maritata, quæ viro tradita fuit, licet nunc ſit vidua, & primogenita totaliter excluſa.

¶ Itẽ ſi baro ex pmogenito habeat nepotẽ, & aliũ filiũ paternũ nepotis ipſius, barone defuncto ſuccedit nepos in vicẽ patris ſui. Quod ſi fuerit nepos abinteſtato defunctus, fratre eius, vel alio ex deſcendenti linea nõ relictis. ſuccedit in pheudo filius pmogenitus, vel eiuſdẽ filij filius in vicem ſui pſis. Sed ſi fuerit neptis õnino excludit in ſuccedẽdo auo, & ſuccedit pmogenitus. Sed ſi baro in ſui vita donauerit pheudũ pmogenito libere, vel retento vſufructu, et decedat pmogenitus relicta filia, et deinde moritur auus, neptis ſuccedit in pheudo patri ſuo, cui fuerat pheudũ iam qſitũ, & nõ ſuccedit patruus. Itẽ ſi ſint duę neptes ex duobus filijs .s. pmogenito, et ſecũdogenito mortuis, et ambæ maritatę ſint, vel in capillo, filia filij pmogeniti ſuccedit auo, Sed ſi filia ſecundogeniti eſt in capillo, et filia primogeniti eſt maritata, ſuccedit auo, q̃ eſt in capillo Itẽ ſi ſunt duę fœminę, & ambę maritatę, et ſecũdogenita filium habeat, et viuat ea, ſiue defuncta ſit, barone auo mortuo abinteſtato, filia ſuccedit, non nepos ex filia, quamuis ſit maſculus. et mater defuncta ſit.

¶ De ſucceſſione aſcendẽtium in forma prædicta .s. larga: et deſcendentibus.

¶ Si vero baro nõ habuerit deſcendẽtes, ex ſe, ſed aſcẽdentes, vt ſi pmus eſt pater ſecũdi, et ſecũdus tertij, et ſic deinceps, Et ſic eſt cõceſſum pheudũ de nouo tito, q defũctus ſit abſq; liberis, pater, et alius, et aſcẽdentes quõq; repelluntur, et acqritur ſiſco, etiã ſi collaterales aſcendentũ ſint qa pheudũ natura eſt, vt deſcendat, exceptis tantũ collateralib⁹ illius, q pmo habuit pheudũ. Et ſi tertio ſit pheudũ cõceſſum, q deceſſit relictis duobus filijs maſculis, pmogenitus ſuccedit Deinde ſi pmogenit⁹ defecerit nulla relicta, ſeu ſupſtite ple, hic alter morit, tũc aſcendit vſq; ad fratrẽ pmi baronis. Et ſi reptatur patruus ſuccedit, et illo deficiente, patruus magn⁹. Mater aũt barõis pmi, nec alia mulier, q nõ ſit ſoror, vl filia pmi barõis, vl neptis, nullo mõ ſuccedit, ſ curię acqrit pheudũ, qa dñciũt legitimi ſucceſſores.

¶ De ſucceſſione collateralium in pheudo patris: vel auunculi.

¶ Nunc ergo ad collaterales venimus. et pmo in eius defectu ſoror baronis ei ſuccedit vſq; ad trinepotẽ Tñ incluſiuæ gradus geniturę, et ſexus pmogenita ſeruata, Et hic ſiue ſit pheudũ antiquũ, ſiue nouũ Itẽ ſi baro deficit ſuperſtite nepote ex fratre, hic ſuccedit Itẽ ſi ſit nepos ex ſorore, hic ſuccedit auũculo, qa agnatus, et maſculus eſſent de collateralibus. Itẽ ſi nepus ex ſorore, ſuccedit defectu maſculoꝝ. Itẽ ſi ex duab⁹ ſororib⁹ maritatis ſint filiæ, licet ex ſecundogenita nepotis ſit maior natu, hæc ſuccedit altera excluſa. Et ſi ſint duo nepotes maſculi maior natu ſuccedit, quãuis minor natu ſit filius antiqoris fratris, quã alter. Itẽ ſi baro nouus habet duo fratres, et maior ex eis decedat relicto filio, deinde decedat baro, ſuccedit ei frater, ſi vero maior eſt natu nepote, ſiue minor, pp gradus prærogatiuam.

gariuam. Quanuis in ſucceſſione bonoꝝ de iure cō-muni, fili⁹ fratris ſuccedat vna cum patruo altero pa-truo defuncto. Vnde in pheudo nouo ſuccedunt col-laterales ęquales maiores, nullo modo in antiquo ſuc-cedūt collaterales, q ſuccedūt ex ſtipite p̄mi baronis, q ſint tū potiores in gradu collaterali, æquali Vnde ſi defuncto barone in pheudo antiquo, ſupeſt ei patruus, & filius fratris, Succedit ei filius fratris, licet ſit eodem gradu cum p̄mo. Habet enim hic nepos plura iura, & qa ex ſtipite venit, et qa eſt de collateralibus. Licet pa-truus, ille ſit ꝓximior p̄mo ſtipiti. Sed ſi filia fratris ſu-perſtes vbicunq; reperitur maſculus ex p̄mo ſtipite, ille ſuccedit, potius q̃ neptis ex fratre. Item ſi pater habuit tres filios, & tertiogenito dedit pheudū, vel ei reliquit, Inde p̄mogenitus moritur relicto filio, de inde morit̃ baro tertiogenitus, ſuccedit ei frater ſecūdogenit⁹, licet ſit forte minor ętate, quā fili⁹ frīs p̄mogēiti defūcti pp gradus p̄rogatiuā. & hoc tā in pheudo nouo, q̃ in ātiq°.

¶ De ſucceſſione ex teſtamento in ſecunda forma ſcilicet ſtricta.

¶ Si vero conceditur pheudū alicui, & ſuis heredis ex legitimo corpore deſcendētibus, tunc nō licet baroni mutare formā cōceſſionis, quia .c. regiū nō mutat for-mā conceſſionis ſuccedenti ex collatione. Vnde ſi hic baro filiū p̄mogenitū inſtituit in pheudo, & ſecūdoge-nitū, & filiā inſtituit in alijs bonis, et ſuccedat p̄moge-nitus teſtatus, vł inteſtatus nō habēs liberos, frater, vł ſoror nō ſuccedit quātumcūq; hic p̄mogenitus fratrē vł ſororē inſtituerit in pheudo, & ſic curię acquiritur.

¶ De ſucceſſione abinteſtato in ſecūda forma

¶ Si baro inteſtatus deceſſerit, & de inde p̄mogenitus ſine liberis, ſecūdogenitus ſuccedit, vel filia, vigore p̄-mę collationis. Quia hic ſecundogenitus, vel filia, nō fuerūt ſucceſſores fratris in pheudo. Nā ſufficit ꝙ pa-ter eos non priuauit expreſſe a pheudi ſucceſſione. Et ſic nō ita p̄uat ſucceſſionē lex vt homo nec tacitū, nec exp̄ſſum. Itē in p̄ma forma cōceſſionis filius nō habēs liberos, ſi alienat, & deinde ſine ꝓle decedat, curia re-uocat pheudū aquocunq;, niſi de expreſſa principis li-centia alia, q̃ data a .c. volentes alienet. Quia, vt di-ctum eſt, c. prędictum non tollit formam cōceſſionis

¶ Dic tu. ꝙ immo tollit, & ita ſeruatur, ſed hic loqtur in pheudo ātiquo, nō in p̄mo acqſitore. Vel ſi loqtur in p̄mo acqſitore, ꝓcedit ſcḋm opinionem eius, q tenuit ꝙ primus acquiſitor non poteſt alienare vltra formā Sed eius opinio non ſeruatur in hoc regno.

¶ Item ſi habet filios, & alienat, valet alienatio ſi pro-les inueniatur mortuo teſtatore, Et his in quē alienatū eſt, habet illud cū forma cōceſſionis illa, vt ſibi eſt col-latū, Et tūc filij nō poſſunt reuocare, ab emptore, vel donatario, quantūcunq; ſint patris hęredes teſtamento vel abinteſtato, eo quod nō poteſt dici hęres in pheu-do, qa illud nō inuenit in hæreditate, Nā pater alie-nādo in extraneos, p̄uat filios ſucceſſione pheudi ¶ Si vero habēs filios alienat, & tempore mortis ſuę nō in-ueniatur ꝓles, acqritur pheudū curię. Niſi conceſſus p̄ncipis in cōfirmando pheudū emptori, vł donatario interueniat. Et ſi nō interuenit, quantūcunq; curia ſer-uitium recipiat reuocat auctoritate formę, cōceſſionis

¶ De tertia forma

¶ Si vero cōcedatur baroni, & filijs ſuis vel liberis ei⁹ imppetuū, tūc in ſucceſſiōe deſignatur ordo. VƷ. vt p̄-mo pater habeat in vita ſua. Deinde fili⁹, etiā ſi patris nō vult eſſe hæres, ita ꝙ pater ſi alienat, tenet aliena-tio in vita ſua. Poſt mortē vero filius poteſt vendicare ratione formę, cōceſſionis, & inueſtiturę facta primo baroni in dicta forma. ¶ Itē in caſu p̄dicto ſi filius p̄-mogenitus ſuccedit, deinde hic decedat etiā inteſtatus relicto filio, hic filius p̄mogeniti ſuccedit, nō filius ſe-cūdogeniti p̄mi baronis. Eodē mō de filia eſt iudican-dū. qa p̄nceps videtur intelligere d̄ p̄mogenito, in quē poſſeſſio transfertur Deſcendit etiā ad fœminā, & nō regreditur ad fratrē ſecūdogenitū. Sed ſi ſine ꝓle de-cedetur p̄mogenitus, ſuccedit ſecūdogenit⁹, q eſt no-minatus in cōceſſionis forma, licet nō ſit hęres fratris nec patris, Et ſi nō ſupereſt frater ſecūdogenitus, ſed ſoror, ſuccedit ſoror excluſo patruo, exquo ſoror eſt in proximiori gradu. Et hoc p. c. ſi aliquem, & ita fuit in cauſa fluminis de niſi p iudices magnę regię curię.

¶ Vidi priuilegiū terræ buxemæ, & pheudi barcinu, et ē regis frederici cōfirmatū p regē lodouicū ſub for-ma interius p̄ſcripta. Tibi cōcedim⁹, & hęredib⁹ tuis teſtamētarijs, & legitimis, ēt de tuo corpore deſcēden-tibus, itaq; viuatur iure francoꝝ. ¶ Vnde dubitandū eſt, an eſſet hæc forma ſtricta, Et ſi eſt forma larga. an baro, & eius hęredes, potuerint pheudum vinculare Quia licet data ſit licentia teſtandi, nō tū vinculandi Maxime qa in p̄uilegio datur licētia alienandi, & ēt p. (.c. volētes,

FINIS

CAPITA CONSILIORVM

¶ Capita tractatuum



¶ Impressum in nobili ciuitate Messanę per pitrucii spiram Die 27. Maii 1537.

Cum gratia,& priuilegio ne quis imprimat, aut vendat in hoc regno siciliæ per decemnium sub poena amittendi libros, ac ducatorum quinquaginta prout patet in litteris protegijs. Dat. Messanę vltimo aprilis. .M. D. XXXVII.

u s'NN

